CONCORDIA

# PHARMACOPOLARVM BARCINONENSIVM DE COMPONENDIS MEDICAMENTIS COMPOSITIS QVORVM IN PHARMACOPOLIIS VSVS EST NVPER ACCVRATE RECOGNITA DILIGENTER EXPVRGATA ET ANTIQVAE INTEGRITATI FIDELITER RESTITVTA.

*CONSVLIBVS*
*Collegij Pharmacopolarum Bernardo Domenech & Ioanne Benedicto Pau.*

es del collegio de la compañia de Jesus de barcelona



UNIVERSIDAD DE BARCELONA
FACULTAD DE MEDICINA
BIBLIOTECA GENERAL

CVM LICENCIA ET PRIVILEGIO.

BARCINONE.

Typis Huberti Gotard. Anno à Natiui. Dñi

1587.

R. 176.505

EGO F.Petrus Satorres ordinis Prædicatorũ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ex Commiſsione admodum Illuſtris ac Reuerẽdiſsimi D. D. Ioannis Dimæ Loris Epiſcopi Barchinonenſis, diligenti cura attentaque aure librum hunc cuius inſcriptio eſt, Concordia Pharmacopolarũ Barcinonenſiũ de componendis Medicamentis compoſitis, quorum in Pharmacopolijs vſus eſt &c. recognita nunc denuo, per egregios Franciſcũ Domingo, Henricum Sola, & Petrũ Benedictum Soler, Artium & Medicinę doctores, pro Collegio Medicorum, & Bernardo Domenech & Ioanne Benedicto Pau, pro Collegio Apothecariorum eiuſdemq. Collegij Conſules, audiui, ſolertiq. animo quo ad Sanctam Orthodoxamq. ac Catholicam Fidem ſpectat examinaui, & nihil eidem Fidei ac bonis moribus contrariũ diſſonũue reperi, immo Medicis Pharmacopolis ſimul ac Chirurgis, & omnibus denique valde vtilem iudico, & neceſſarium, & dignum typis mandari, in quorũ fidem hæc ſcripſi & meo nomine roboraui. 29. Septẽbris. 1587.

Frater Petrus Satorres qui ſup.

*NOS Ioannes Dymas Loris Dei et ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gracia Epiſcopus Barcinone, viſa approbatione prædicta, huius libri cui titulus eſt Concordia Pharmacopolarum Barchinonenſiũ de componendis Medicamentis compoſitis, quorũ in Pharmacopolijs vſus eſt, &c. recognita nũc denuo per doctores Artiũ et Medicinæ ac etiã per Pharmacopolas in ſupradicta approbatione dignatos, concedimus licentiam imprimendi eum in noſtra Dioceſi. Dat. in Palacio Epiſcopali Barcinone die prima Octobris. 1587.*

I. Epiſcopus Barcinonẽ.

NOS DON PHELIP per la gracia de Deu Rey de Caſtella de Arago Compte de Barcelona, &c.

NOS don Mantique de Lara dela S. C. R. Mageſtat, Conſeller Llochtinent y Capita general en lo principat de Cathalunya y Cõptats de Roſello y Cerdanya. Perquãt per part dels amats dela Real Mageſtat Bernat Domenech, y Ioan Benet Pau Conſols del Collegi dels Apothecaris de la preſent ciutat de Bareclona, nos es eſtat repreſentat que per lo que conue al Benefici de la ſalut general lo dit Collegi, concordablament ab lo Celebre Collegi dels Doctors en Medicina de la preſent ciutat, ſe ha reuiſt, purgat, corregit, y en molt augmentat vn Llibre ja en lo paſſat diuerſes voltes imprimit en llengua Llatina intitular, Cõcordia Barchinonencium Pharmacopolarum de Cõponendis Medicamentis compoſitis quorum in Pharmacopolijs vſus eſt nuper accuratè Recognita, Expurgata, & Antiquę Integritati Reſtituta. Supplicant nos que attes y conſiderat lo fruyt que de la obſeruacio de dit llibre ha de redundar en la Art de dits Apothecaris, y ala comuna ſalut, y lo traball y gaſtos han tingut en fer dit llibre, foſſem ſeruit donar los llicencia y facultat de imprimir, o fer imprimir y vẽdrer, y no res menys prohibir y vedar, que per tẽps de vint anys ninguna altra perſona puga imprimir, ni fer imprimir, ni vendre lo dit llibre en lo preſent Principat de Cathalunya y Cõptats de Roſello y Cerdanya. E nos atteſa la approbatio feta de dit llibre, e que per ella cõſta la materia de que tracta eſſer molt vtiloſa y profitoſa per la dita Art dels Apothecaris y àla ſalut publica, hauem tingut per be de concedir los la dita llicencia. Perço ab tenor de les preſents de noſtra certa ſciencia y Real auctoritat de que vſam donã llicẽtia y facultat als dits Bernat Domenech y Ioan Benet Pau Conſols de dit Collegi dels Apothecaris de la preſent ciutat, y a ſos ſucceſſors en dit Collegi q̃ per temps de vint anys del dia preſent, e infraſcrit en auant comptadors pugan hils ſia llicit y permes de fer imprimir y vendrer en lo lloch, o part a hont ben viſt los ſera en los dits Principat y Comptats lo dit llibre, prohibint que ninguna altra perſona puga imprimir ni fer imprimir en lo dit temps lo dit llibre ſino los dits Conſols de dit Collegi dels Apothecaris, o los qui tindrã llur poder y comiſſio particular per dit effecte ſots pena de perdrer dits llibres que hauran imprimit y los mollos dela impreſsio. Manant a tots y ſengles Officials axi Reals com de Barons, que la preſent noſtra llicẽcia facultat y prohibicio, tinguen, guarden y obſeruen, tenir, guardar y obſeruar faſſen juxta la ſeria y tenor della y no faſſen, ni permetan eſſer fet lo contrari ſi la gracia de ſa Mageſtat tenen chara, y vltra de ſa ira e indignacio en pena de mil florins de or de Arago als cofres Reals applicadors deſijẽ no incorrer. En teſtimoni deles quals coſes hauem manat deſpachar les preſents ab lo Segell Real Comu al dors ſegellades. Dat. en Barcelona a diuuyt del mes de Iuliol. Any de Natiuitat de noſtre Senyor mil ſinch cents vuytanta ſet.

Don Manrique de Lara.

V. Managat Cancel.

V. Don Ludouicus à Peguera pro Regente Theſaurariam.

In diuerſorum Locumt. xvij. Folio. CCIII.

# BERNARDVS DOMENECH ET IOANNES BENEDICTVS PAV PHARMA-COPOLÆ IIDEMQVE PHARMACOPOLARVM

*Artis, & Collegij Huius Barcinonenſis Ciuitatis Conſules; Studioſis Lectoribus: S.*

CVM multa, ac varia facultatũ, diſciplinarũq; genera, hominũ induſtria Dei. O. M. ope adiuta, à totius orbis primordio vſq; ad hanc noſtram ætatẽ, vt vita ornatior, ac tutior eſſet. ſint inuenta: tamen nulla Ars, nec ad ſingulorũ hominum ſalutem; incolumitatemque conſeruãdam vtilior, nec ad communes eorum ſedes; ciuitateſq; tuendas cõmodior vna Medidina potuit excogitari. Namq; ſi miſerrimam hominum conditionem inſpiciamus, eorumq; ſtatum animo ac etiã oculis contẽplemur: apertè cernemus, nullam eſſe nationem, quæ vſitato quodam, ſibiq. familiari morbo non opprimatur: nullumq. eſſe hominem priuatum, qui non priuato quodã ægritudinis genere vexetur. Si vero humani Corporis partes enumeremus: ſi illud in elementa, ex quibus conficitur, & conſtat, diſſoluamus: inueniemus, nullum eſſe elementũ, quod illi varios dolores, nullam eius eſſe partem; quæ illi varias ægritudinum; moleſtias non poſsit adferre. His ſi quas calamitates ab aere; ab æſtu, à frigore, à cibo, à potu, à nimijs exercitationibus homines accipiunt: ſi deniq. nouos, & numquã antea auditos morbos, qui noſtrã ſubito naturã inuadũt, adiungamus: quid noſtra hac miſeria miſerius, aut calamitoſius eſſe poteſt? Ex quo quis eam Artem, cuius ope, & adiumento, ab his omnibus malis, & incõmodis eripimur, & abducimur, ſummam nobis vtilitatẽ prębere, non percipiet, ac intelliget? Præſertim cũ, ſemper ea huius diſciplinę extiterit benignitas: vt nõ aliquot poſt ſeculis ad noſtram naturam infirmã, & imbecillẽ leuandã acceſſerit: ſed ſimul cum hominibus, ad eos adiuuãdos, ad eorum ſalutem continendam, ad ægritudines minuendas, ac potius omnino tollendas nata, & alta vere dici poſsit. Namq; vbi primum noſtri primi Parentes ab illo fælicitatis, & quietis pleniſsimo ſtatu, in luctuoſam quandam moleſtiarumq. comfertam viuẽdi rationem decidiſſent: nullum citius malum; nec quod magis eorũ corpora excruciaret, fuerũt experti, quã dolores quã morbos, quã ægritudines. Aduenit ſtatim Medicina, eorum grauiſsimo, & acerbiſsimo caſu cõmota, eiſq. ſe aperte intuendam, & conſpiciendã benigniſsime præbuit: vt quos vnius arboris fructus, in tot malorum genera deieciſſet: illis omniũ Arborum, Fruticum, Herbarum, ac denique Plantarum omnium Radicibus, Lignis, Caudicibus, Folijs, Floribus, Fructibus, Seminibus, Baccis, & Lacrhymis, omniũq. Lapidum, Metallorum, & Animalium viribus

mede-

mederetur. Quę omnia Medicinam ſic vtilem eſſe, vt nulla ſit Ars vtilior: ſic antiquam, vt nulla vetuſtior oſtendunt, ac patefaciunt: ita, vt ſi vtilitas cum vetuſtate cõtendat, quę illarũ victrix ſit diſceſſura, difficillimũ ſit diju dicare. Quod ſi tantũ dignitatis, ac ſplẽdoris Medicinæ tribuitur, quo honore, & laude Pharmaceutice, quæ inter eius, primas partes non immeritò enumeratur, eſt celebrãda? An Medicina, vt variorũ Animaliũ, terreorum corporum, vel Plantatũ partes, quas ad ſuos vſus accõmodat, cuius facultatis, roboriſq. ſint agnoſcat, non Pharmaceuticen in conſilium adhibet? An ſine eius prçſidio poteſt Medicina tot res, quæ ab vltimis pęne terris ad nos importantur, cui ægritudini ſint aptæ, qua ratione parãdę, quomodo inter ſe miſcendæ, inquirere, aut perſcrutari? Pharmaceutice ſimplicia quæ vocãt medicamenta exactè cognoſcit, eorũ vires inueſtigat: atq. aliquando, dũ decoquit, dum macerat, dum lauat, dum quaſſat, & cõterit, eas immuttat, eas extenuat, eas corroborat, & ſæpe quod medicamentis Natura dedit, aufert, quod non dedit, adiungit, aut quod ipſa à Natura habent, illud melius, ac robuſtius reddit. Huius tandem Artis ea præſtantia, & amplitudo eſt: vt nihil Medicina ægrotis, vt illi amiſſam ſalutẽ recipiant: nihil ſanis, vt eam tueãtur, ſine illius munere præbere poſsit. QVOD CVM MAIORES NOSTRI animaduerterent, ducentis aut eò circiter ab hinc annis, publicis inſtitutis atq. decretis noſtrũ Pharmacopolarum ſiue (vt vocant) Apothecariorũ Collegiũ erexerũt: eiq. certas leges, & inſtituta, quibus ea quæ illius erant partiũ adminiſtraret, ac regeret, præſcripſerũt. Quæ poſtea emmendata, & immuttata, fuerunt: donec experiẽtia fuit compertum, eſſe illa eiuſcemodi, vt Reipublicę multum vtilitatis, & ornamenti eſſent allatura, & Regijs meritò confirmari, ac ſtabiliri priuilegijs poſſent. Quæ hoc etiam tempore ita obſeruãtur: vt non ſolũ à Conſulibus Senatuq. Barcinonenſi multũ dignitatis, & amplitudinis, ſed etiã cũ ab immortalis recordationis ſuperioribus Regibus: tũ à noſtro Potẽtiſsimo, ac Sapiẽtiſsimo Rege Philippo, nunc denuò plurimũ firmitatis, roboris, & ornamẽti acceperint. Veteres illi Pharmacopolæ in ipſo naſcentis Collegij exordio in hac vna re omnem ſuam operam, & induſtriam collocarũt, vt Pharmaceutices dignitas, & ſplendor nulla ratione minui, aut deleri, videretur: immo, quantũ fieri poſſet augeretur, & creſceret. Quam conſuetudinẽ noui à veteribus acceptã imitãtur, earundẽq. rerum, quibus illi operã dederunt, ſtudioſi, eas quam diligenter, accuratèq. poſſunt, efficiunt. Illi, vt ex omnibus Officinis medicamẽta probè, exactèq. cõfecta prodirent, eademq. præſtantia, & viribus eſſent, vt lege caueretur, (inter alia) nè cui ad Pharmacopolarũ Barcinonenſium Collegium aditus pateret, quin ab ipſo Collegio de eius eruditione maximũ fieret periculũ, curarunt. Neq. vero hic incredibilis horũ Procerũ huius Artis illuſtrãdę cupiditas cõſtitit. Namq. cum viderent, tot ſapientiſsimos viros inter cætera, quę de Medicina diſſeruerãt, hanc quoq. cõpoſitorũ medicamentorũ partẽ ſuis ſcriptis illuſtraſſe: ſubq. vna, & eadẽ

inſcripti

inſcriptione varia medicamenta ex varijs ſimplicibus, varia proportione, varioq. ordine, & artificio cōpoſita,ex quibus varij etiam effectus elicerentur, inueniri : vt in hac clariſsima Ciuitate,(cuius ſemper leges , & inſtituta vniuerſi orbis Prouinciȩ cȩterȩq. Vrbes imitatæ,& amplexæ ſunt)exactè,& abſq. vllius vitij ſuſpicione ſingula medicamenta ſuis inſignita nominibus, vbiq. eadē ratione perficerentur: pio quodā Pharmaceutices augendæ ſtudio,non ſine multorū huius præſtantiſsimȩ Artis peritorum conſilio , cum cæleberrimo doctiſsimoq. Medicorū Collegio conuenientes : illud effecerūt vt quibus medicamētis Medici vti vellent, ea numquā Pharmacopolȩ immuttarēt. Librum ediderunt,quē, quòd ex amborum conſenſu collegiorum in lucem prodiret, Concordiā nominarūt.Hunc vtrumq. & Medicorum & Pharmacopolarum Collegium ſȩpe emendauit : ei addidit, ab eo detraxit , quæ pro temporum varietate addenda,aut detrahenda videbantur.Poſtremo cū iam multo ab hinc tēpore,multum laboris,& diligentiæ in eo emendando ſit ab vtroq.Collegio collocatum:quibuſdam rebus,quæ ſuperuacaneæ videbātur, detractis,quibuſdam,quȩ deſiderabantur,additis : quibuſdā etiam in meliorem ordinem reductis , vt Reipublicæ maximȩ ſit vtilitati, obſeruato eodem antiquo Concordiæ nomine, noſtrum Pharmacopolarū Collegium in lucē, omniumq. conſpectū profert. Idq. eo conſilio : vt omnes Pharmacopolæ eo vtantur,atq. quemadmodum noſtrum Collegium Regiorū auctoritate Priuilegiorum inter illos,qui eius ambitu continentur cōſtituit:nullus alia compoſitorum genera,præter illa, quæ in hac ipſa Concordia omnium conſenſu deſcripta ſunt,conficiat.Nec pro ſimplicibus medicamentis quibus deſtituimur,alia præter illa,quæ in ipſa Concordia traduntur requirat : nec obſcuras nomēclaturas & voces aliter interprætetur,ac expoſitas inueniet.idq. firmū, & ratum , tamquā aliquam Pharmacopolarum legem Collegium eſſe vult, donec aliud vtilius videatur. Hic verò tota ratio & artificiū,in quauis compoſitione conterendi, decoquendi, aut quomodocunq. aliter medicamenta præparandi,aut ea miſcendi,& conficiendi,eā ob cauſam in aliquibus eſt prætermiſſum:nèquis falſo exiſtimans quæcumq.ad rem pertinent,hoc libro eſſe ſatis explanata,neceſſariarum omnium rerum imperitus,rudis , atq. ignarus ad Pharmaceuticen exercendam accedere auderet. Non enim , vt vniuerſa Ars eo tradatur , ſed vt artis penitus periti eo vtantur , hunc librum editum fuiſſe,eſt iudicandum.Pōderum quoq. ratio antiqua ex Nicolao , & Arabicis quibuſdam olim deprompta in hoc etiam libro obſeruatur. Libra duodecim vnciarum,Vncia nouem drachmarum,Drachma trium ſcrupulorum, Scrupulus viginti frumenti mediocris magnitudinis granorū, cōſtituitur.In medicamētis vero,quorū auctores nec Nicolaus,nec Arabici fuerūt,ita ponderum ratio eſt habita,vt ex noſtrorū ponderū vſu illorū proportio minime immuttetur , nec varia efficiatur:ſed idē artificiū, atq. eadē vis quam illi primi eorū inuentores illis tribuerunt,retineatur.Hunc librū omnes Pharmacopolæ ſumma beneuolentia excipiēt: ſi illū non ſine magno vtriuſq. Collegij labore,ac diligentia perfectum fuiſſe, ſibi ante oculos proponent.

## *IIDEM COLLEGII PHARMACOPOLArum Conſules In Suam Concordiam.*

*Empedocli magno fuerat Concordia primum*
*Principium rerum, ſolaq; cuncta mouens.*
*Sola putabatur Lapides, Animalia, Plantas,*
*Ac ſedem celſi conſtituiſſe Iouis.*
*Empedoclem ſequimur, cuius Concordia mundi*
*Cauſa fuit magni: Noſtra ſalutis erit.*
*Corporis hæc elementa reget: ſi ſæuiet vllum*
*Ad Pacis leges omnia mitis aget.*

## AD LECTOREM.

### ERRATA QVAE INTER EXCVDENDVM EXCIDERVNT, HAEC SVNT,

PRimum omnium, Codice F, qui ſextus eſt in ordine, paginis, 61.62.63.&.64. quę ſe mutuo conſequuntur, Titulũ ſeu Inſcriptionem pro inſtituti ratione corrige, id ipſum præſta Codice R, qui decimus ſeptimus eſt, pagina. 198. Ad hæc numeros. 1. paginæ. 35. & paginæ. 56. 2. etiam paginæ. 189. proprijs Simplicibus adſcribe, vt ſuis notis marginalibus apte reſpondeant, tranſpoſiti enim ſunt.

DEINDE,

ERRATA SIC CORRIGE.

TEXTVS — In quo lineas omnes etiam non completas, vt integras numerato a maiori Titulo incipiens vſq. ad extremum finem paginæ.

| PAGINA. | LINEA. | VBI LEGITVR. | LEGE. |
|---|---|---|---|
| 2 | 31 | Amni, | Ammi. |
| 3 | 20 | oprime, | optimę. |
| 3 | 34 | Smina, | Semina. |
| 3 | 36 | impon, | imponi. |
| 4 | 12 | quant, | queant. |
| 4 | 13 | poſint, | poſsint. |
| 4 | 36 | rubuſtuſq, | robuſtuſq. |
| 4 | 38 | deſpumatt, | deſpumati. |
| 5 | 17 | Theriacara, | Theriacam. |
| 9 | 15 | celerrine, | celerrime, |
| 31 | 25 | Capobalſami, | Carpobalſami. |
| 33 | 21 | Caryphyllorũ, | Caryophyllorũ. |
| 44 | 10 | Mellis deſpumati | Moſchi. |
| 44 | 11 | Moſchi, | Mellis deſpumati |
| 44 | 16 | Clycyrrhizæ, | Glycyrrhizæ. |
| 58 | 15 | deſpinati, | deſpumati. |
| 71 | 17 | Scænanthi, | Schœnanthi. |
| 106 | 30 | Sena trita, | Senam tritam. |
| 111 | 23 | opporno, | opportuno. |
| 116 | 19 | axactis, | exactis. |
| 138 | 21 | Eptihymi, | Epithymi. |
| 143 | 27 | Opopanacem, | Opopanax. |
| 155 | 31 | CCHOIÆ, | COCHIÆ. |
| 162 | 6 | bocicæ, | bociæ. |
| 166 | 2 | duobus die buſue | diebus duobuſue |
| 177 | 3 | Iacabi, | Iacobi. |
| 179 | 27 | Aquæ, | Aqua. |
| 182 | 28 | failua, | ſaliua. |
| 191 | 16 | VTNVENTVM | VNGVENTVM. |
| 196 | 25 | GALFNI, | GALENI. |
| 207 | 2 | Sulqhuris, | Sulphuris. |

ANNOTATIONVM — Quarum aliæ in ordine totius notatæ paginæ ſunt computandæ (vt in quibus aſsidet Stella) reliquæ proprio numero.

| PAGI. | ANNOT. | LIN. | VBI LEGITur. | LEGE. |
|---|---|---|---|---|
| 3 | *1 | 4 | treſcentum. | trecentum vel tercentum. |
| 8 | 3 | 10 | ſangunem, | ſanguinem. |
| 10 | 2 | 1 | Cepit, | Cœpit. |
| 38 | *3 | 1 | Cheſin, | Cheiſin. |
| 46 | 1 | 1 | Sacacul, | Secacul. |
| 48 | 1 | 10 | miruſq. | minuſq. |
| 56 | 1 | 8 | Officiua, | Officina. |
| 61 | 1 | 9 | fœmina, | fœminea. |
| 99 | 1 | 34 | Battiſoſerã, | Bactiſoſeram. |
| 152 | *2 | 1 | Elatetium, | Elaterium. |
| 159 | 1 | 1 | ez, | ex. |
| 159 | 2 | 7 | deſtuentur, | deſtituentur. |
| 165 | 1 | 4 | infugonis, | infuſionis. |
| 177 | 1 | 3 | procureturt, | procuretur. |
| 177 | 2 | 2 | Theriora, | Theriaca. |
| 201 | *1 | 1 | Mucilaginis, | Mucilaginem |

SED nec mireris Candide Lector, ſi aliquibus Codicibus (hoc nomine) videatur fieri iniuria, vbi quędã ex his quæ ſubjecimus reſtituta inuenies, quoniam interdũ, quando licebat per otium ſub prelo iacentẽ paginã de nouo animaduertere iam aliquot excuſſæ erant, in quibus ſane locum non habuit noſtra diligentia, quare quę reliquę tantum erant inſtaurari in tẽpore potuerunt, & ſimiles mendas non recipere, in quibus nimirũ vel noſtra prius defuit cura vel poſtea Impreſſorũ hæſit incuria. Quæ igitur totius orationis ſenſum poterant deprauare, vel proprij vocabuli vim conſpurcare, hic tantum tranſcribere viſum eſt, reliqua parui momenti, â quibus nihil horum impendet, ſed ſolũ habent vnius literæ quandoq. exceſſum, aliquando deffectũ, (neutrũ quod imponere poſsit) ſubſultim elatam poſitionẽ, ſubter depreſſam, vel ſeparationem incomptam, cõſultò prætermiſimus, indignam eorũ notationẽ æſtimati: at non ita illorũ te incautũ & in ſuſpenſo (vt aiũt) relinqui voluimus, ne minutulos quoſdam hoſce errores offendens, nos in illis iure offendere poſſes: quod tamen nec ſi euenerit, hiſce temporibus, moleſtẽ feremus, probe conſcij in rebus humanis, nihil adeo exactum, elaboratũ, perfectũq. omni ex parte eſſe, quin cicatricis aliquid recrudeſcat, quæ nouo quodam ſplenio opus habeat: nobis enim ſufficiet ſuſcepto muneri debitẽ ſimul, ac beneuolẽ ſatisfeciſſe.

# DE CONFECTIONIBUS OPIATIS.

## THERIACA ANDROMACHI SEnioris ex libro primo de antidotis Galeni tranſcripta.

℞ Paſtillorũ ſcillinorũ. *drachmas quadraginta octo.*

Paſtillorum ex viperis
Piperis longi
Succi Papaueris
Hedychroi Magmatis — *ãn. drachm. vigintiquatuor.*

Roſarum ſiccarum
1 Iridis Illyricæ
Succi Glycyrrhizæ
2 Seminis Buniadis dulcis
3 Scordij Cretici
4 Opobalſami Aſſyrij
5 Cinnamomi
Agarici — *ãn. drachmas duodecim.*

6 Mirrhæ
7 Coſti
Croci
8 Caſsiæ
Nardi Indicæ
9 Schœnanthi
Thuris
Piperis albi
Piperis nigri
10 Dictamni
Praſij — *ãn. drachmas ſex.*

1 Hæc ſi haberi non poſſit, florentinã ſume.
2 Sume Napi ſatiui dulciſſimi ſemen, quale ab Occitanis colitur, & ex Vico ad nos adfertur, noſtris Nap de Vic.
De Scordio vide quę in Diacurcuma repoſuimus.
4 Pro Opobalſamo Aſſyrio ſume ex India occidẽtali aduehi ſolitũ liquidũ Balſamũ.
5 Hic, & vbicũq. Cinnamomũ offẽdes, tã in Græcorũ & Arabũ, q̃ Latinorũ antiquorũ & recẽtium cõpoſitionibus, cuiuſcũque illæ generis ſint, ſume electiſsimę canellæ, ęqualę põdus, hac ſi deſtituaris, accipe minus bonæ duplũ: cæterum oratos noſtros volumus, vt nõ leui diligẽtia electiſſimam procurẽt Canellam.
6 Ex Mirrha ad nos aduehi ſolita electiſsimam eligẽ, & accipe.
7 Pro Coſto ſume Zedoariam officinæ, vel duplum radicis Angelicæ. 8 Caſsiam intellige ligneam, aromaticam hoc eſt, Canellam ab exactiſsima parum deficientem. 9 Accipe Schœnanthi ſummitates. 10 Accipe electum Creticum.

11 Rheipontici
Sthœcadis
Petroſelini
Calaminthæ
12 Terebinthinæ
Zingiberis
Radicum Pentaphyli

Polij
Iuæ Arteticæ
Styracis
Mei
13 Amomi
Nardi Gallicæ
14 Rubricæ Lemniæ
Phu pontici
Sem. Chamedryos Cretē.
15 Folij Malabathri
16 Chalcitidis toſtæ
Radicis Gentianæ
Aniſi
Succi Hypociſtidis
17 Carpobalſami
18 Gummi
Seminis Fœniculi
19 Cardamomi
Seſelis
20 Acaciæ
Thlaſpis
Hyperici
21 Amni
Sagapeni

*an. drachmas quatuor.*

Caſtorei
Ariſtolochiæ tenuis

11 De Raponticο vt in Aurea Alexandrina diximus, intellige.

12 Reſina Terebinthina vera & legitima ſolicitè procuretur, vbi verò fideliter procurata haberi nō poterit, Abietinā Reſinā electiſsimam ſubſtitue.

13 Pro Amomo ſume Calamum aromaticum officinę, quo deficiēte ſume Garyophilos.

14 Rubrica Lemnia ex Lēno inſula, quę hodie Metelin dicitur, procuretur: hac deficiēte ſume Boli Armenæ veræ æquale pondus, vel Coralli pręparati tātundem.

15 Accipe folium illud, quod ex Oriētali India nō ita diu aduehi cæpit, Mali Medicæ folio ſimile, aliquantulùm per extremū anguſtius, colore ex viridi palleſcente, tribus per longitudinē excurrentibus veluti nerueis fibris, odoratū, Garyophilum leuiter olens: Id verò ſi nulla haberi arte, vel diligentia poſſit, Spicę Nardi tantundē poteris ſubſtituere, vel Macis æquale pondus.

16 Pro Chalcitide vſta, ſume Calcanthum vſtum.

17 Pro Carpobalſamo, ſume officinarum Cubebas.

18 Arabicum dictum intellige.

19 Pro quo nobis ignorato, id ſemen ſume, quod Cardamomum in officina nominatur.
20 Pro Acacia, ſubſtitue Spiſſamentū Lentiſcinū, hoc eſt, ſuccū ex folijs Lentiſci expreſſum ex arteq; extractū, & inſpiſſatum. 21 Verum procuretur, in cuius defectum id ſemen ſume quod noſtris Cumi de port dicitur, vt in Aurea Alexandrina diximus.

Seminis

| | |
|---|---|
| Seminis Dauci | *ãn. drachmas duas* |
| Aſphalti | |
| Opopanacis | |
| Centaurei | |
| Galbani | |
| 22 Vini Falerni | 23 *quantum ſufficiet* |
| Mellis Attici | 24 *quantum ſufficiet.* |

22 Pro quo ſubſtitue Maluaſiã dulcẽ, ſuaue olentẽ, antiquam firmam, omniſq́ue miſturæ expertem.

23 Andromach⁹ iunior referẽte Galeno, lib. 1. de Antidotis vini drachmas treſcentũ & viginti, accipit:

24 Mellis drachmas noningentas ſexaginta, recipit: hoc verò conſulimus noſtris, vt oſ oculos habeant, et ſi fieri poſſit, obſeruent.

# MODVS CONFICIENDI THERIACAM EX GALENO TRANSCRIPTVS, LIBRO PRIMO, De Antidotis.

*Dictum eſt à nobis & ſupra eum qui theriacam commiſcentibus animum ſemel intenderit, nõ iterum nêque tertio id facientem videat opus eſſe: At optimas quocunque in genere medicinas vt idem agnoſcat nõ ſemel, bis, aut ter, ſed multoties, & ſæpe, quæ ſingulis in locis optime prouenire feruntur, inſpexerit, oportere. Nec ſatis hæc ſunt, præcepta quoque ad vſum earum pertinentia habere conuenit: de quibus & ſi in ſuperioribus iam egimus, denuo tamen per capita de omnibus dicere tempeſtiuũ erit. Radices igitur medicinarum, quæ in vſum veniunt extento cortice ſint oportet, non rugoſo, hoc enim earũ maciem ſignificat. Fructus autem vná cũ virgultis & germinib⁹ et calicibus vegeti pluréſque eſſe debẽt: itẽ et quicquid ſemen includit, tegmina, cortices, inuolucra. Semina verò ſicut & radices vegeta ſint cõuenit, quod ex eo quia tentũ corticem habeant conijciemus. Liquores et ſucci neque diuturnitate arefacti ſint, neque ſuas qualitates obſcuras habeãt: has dico quæ guſtu olfactuq́; percipimus. Fructus aũt qui vná cũ virgultis, folijs, calicibus, ac floribus, in Theriacã mittũtur ij ſunt, Scordij, Nepitæ, Marrubij, Stœchadis, Dictãni, Polij, Chamædryos, chamæpythios, hyperici, cẽtaureæ. Radices aũt hæ Gingiberis, Iridis, Rhei, Quinq. folij, Coſti, Nardi Indicæ, Nardi Gallicæ, Gentianæ, Mei Athamantici, Phu, Ariſtolochiæ tenuis. Semina verò hæc, Napi, Petroſelini, Thlaſpis, Ammeos, Anethi, Fœniculi, Dauci, Cardamomi. Hæc itaque tria rerum genera mortarijs Ægyptijs imponi*

 *debent;*

*deleant, duriſsimi enim ſunt: itaque mirus periculi eſt, ne pars aliqua inde inter contundendum abrupta medicinis admiſceatur. Antedictis autem hæc quoque addenda erunt, Paſtilli ſcillitici, Paſtilli viperini, Magma Hedychroum, Piper nigrum & longum, Roſæ ſiccæ, Agaricum, Crocus modò ſiccus ſit, Terra Lemnia, Chalcitis uſta, Amomū, Cinnamomū, Caßia fiſtula, Balſami fructus, Acacia modó tenera aut humida non ſit, Caſtoreū denique et Aſphaltus, ſiue fœminino ſiue maſculino genere quis ipſam efferre velit: diximus nāque ſæpius aliás cōmunimaduertendas eſſe huiuſmodi nominū minutias. Vino aūt macerata diſſoluenda hæc erunt, Mirrha, et Crocus, ſi tamen ita facere tutius tibi viſum fuerit, nec ipſum, quia humidius ſit, cōtundere. Succi aūt omnes ideo vino macerantur, ut et diſſolui quant, et laeuigari facilius poſsint, Sagapeni dico, Panaceæ, Papaueris, cuius liquorē et Meconiū, et Opium vocant: Acacia quoque cū humida tibi viſa fuerit, nec ad cōtūdendū facilis: Hypociſtidis itidē, et Radicis dulcis ſuccus. Thlaſpis aūt & Napi ſemina primo quidē, ſicut & ante me alios feciſſe videra, in mortarium vnà cum alijs contundendu ipſe quoque conijciebam, inde vero cum ipſa pila concauitati adhærere ob tenacitatē animaduertiſſem, melius eſſe duxi ſola in alio mortario prius attrita, vino ſuperinfuſo macerare quoad exacte diſſoluerentur diſſolutaque poſtmodu cæteris quæ peculiariter vino macerātur, ac diluūtur, admiſcere. Thus quoq; per ſe ſolū in mortario ſeorſum leuiter comminuere ſatius eſt, ne in placentā coëat, tum vbi cōminueris & excuſſeris propriū habere, quò reliquis vino maceratis cū placuerit ipſum inſpergas: Nā Gūmi & vino macerare, et ipſum per ſe vel cū Thure laeuigare neceſſe eſt. Hæc igitur quo diximus pacto omnia præparētur, atq; humida quidē ex vino diſſoluātur, ſicca vero in puluerē redigantur. Quo tēpore aūt cuncta admiſcēda erunt ſimul Reſinā Terebinthinā in vaſe duplici primum colliquabis, tū Styracē & Chalbanū antea piſtillis ferreis rutabuliſue cōfracta Mellisq; crudi parumper inſtillabis. Hæc ſimul atque effuderis, & manibus cōplanaueris, Mellis aliquātulum, Reſinæ quoq; liquefactæ affundes. Atque ita vaſe cooperto ea rurſus liquari permittes. Melius eſt enim his rebus impoſitis, nōdum Mel admiſcere, ſed adaperto vaſe quod aquæ innatat vt elixētur permittere. Interea dū iſta liqueſiunt, maceratis ex vino rebus, ſiccas medicinas eatenus adijcies & commiſcebis, quouſq; ſpiſſa ſatis eſſe videantur. Atq; ita paulo poſt in mortariū magno cochleari liquefacta, tepida tamen transpones, rubuſtuſque aliquis homo tunc ipſa commiſceat. Ac poſteaquam bene inter ſe cōmiſta, atq; in vnū corpus redacta fuerint, denſaq; iā quodāmodo videri cœperint Mellis & moderate decocti & proculdubio deſpumati partē quādā ſuperimmittes: poſtea cōtuſarū medicinarū portionem quandam, deinde rurſus*

*ſus*

ſus mel inferes, poſtea liquefacta, ſed tepida infundes: poſtremò quicquid pulueris & Mellis ſupererit, admiſcebis, vehementer omnia magno in mortario magnáque tudecula commiſcendo. Cũ verò tudeculæ ductu in mortario omnia coiuerint, tum in pilam transferenda ſunt: atq; ferreis rutabulis diligenter exterſis ne quid rubiginis inſiſtat ſine intermiſſione cõtũdẽda. Rutabulũ autẽ Opobalſamo ſubinde perunges, ne ſubigẽdarum rerum tenacitate obtineatur, neve difficulter ſe inde attollentibus reſiſtat. Vt igitur opus expedite procedat, imas Rutabuli partes Opobalſamo frequẽter inungere conueniet, atque Opobalſamum hac vna in re totum abſumere. Melius eſt autem in Sole Theriacam commiſcere: ſic enim citius in vnum corpus ſimplicia coëant: dumq; hoc faciemus, pilam in qua Antidotus commiſcetur, operiemus: Ac poſt quatuor aut quinque dies rurſus in Sole ipſam eodem modo cõmiſcebimus: idemq; ſex ſeptémve dierum ſpatio interiecto iterum atque deinceps repetemus, donec menſes duo vel quadraginta dies ſaltem compleantur. Hactenus quæcũque conſcripſimus ad Theriacæ vim augendam pertinent: quæ verò mox ſubiungam, ad colorem. Danda namque eſt opera, vt nigram Theriacam efficiamus, nam hoc etſi quo pacto in conſuetudinem venerit, neſciam, quiſquis tamen hunc colorem non conſequitur, irridetur, quamquam nulla coloris qualitate medicamenti vis immutetur. Nigra verò Theriaca non erit, ſi Chalcitis flaua luteave dũ vritur, euaſerit, Chalcitidis enim particula quantumuis minima colore ſuo, Theriacam inficit. Ne quis igitur hac quoque in re fruſtetur, ijs quæ dicã, mentem adhibeat. Quatuor Chalcitis drachmas cum Theriaca ſolummodo capiat, multo plures aſſare conueniet hoc modo. Coniÿce in exiguam ollam Chalcitis crudæ drachmas non pauciores Quadraginta: poſtea ſuccenſis carbonibus ollam abſque operculo, in medio prunarum ſtatue: cũq; liquefactã Chalcitim videris, ac quæ læuiſſima & ſpumoſa eius pars eſt, innatare, ſtatim ollam ab igne amoue, humique colloca, nec vt aliquando ſolebamus, ſicuti qui ignem accendunt, ipſi inſufflabis: mirãdum eſt enim quantũ ita faciendo luteus flauusq; color emergat. Non tamen in Sole collocãda erit: ſed in vmbra, donec frigeat, remittẽda. Hinc poſtea id ſolũmodo capies quod ſuperne ſpumeum fuerit, quodq; neq; luteum, neq; flauum, neq; pallidũ eſt. Deinde experiundi gratia, aliquãtulum eius quod probaueris, accipe, atq; cõminue, & num quis ex ſupra dictis coloribus appareat, inſpice. Nã ſi qualis accepta eſt, viridis aut cinerea manſerit, drachmas quatuor ipſius impones: talem namq; Chalcitim exiguam inuenies, etiamſi multam exuſſeris. Quæ ad componendam conficiendámque Theriacam requirebantur, omnia iam abſoluimus.

## HEDYCHROI MAGMATIS COMPOSITIO TRANSCRIPTA EX LIBRO Primo de Antidotis Galeni.

℞ 1. Mari
Aſari
Amaraci — *ãn. drachmas duas.*

2 Aſpalathi
Iunci odorati
3 Calami aromatici
Phu pontici
4 Xylobalſami
Opobalſami
Cinnamomi
Coſti — *ãn. drachmas tres.*

Mirrhæ
Folij Malabathri
Nardi Indicæ
Croci
Caſsiæ — *ãn. drachmas ſex.*

Amomi — *drachmas duodẽcim.*
Maſtiches — *drachmam vnam.*
*Vini Falerni quantũ ſufficiet, et ex arte paſtillos para.*

1. Sume pro Maro Siſymbriũ Dioſcoridis.
2. Subſtitue pro Aſpalatho, ſemen viticis.
3. De Calamo aromatico ita ſtatuẽdum, vt in Electario de Aromatibus notatũ eſt.
4. Pro ligno balſami ſume ligni Aloës æquale pondus.

## PASTILLORVM SCILLITICORVM COMPOSITIO TRANScripta ex libro primo de Antidotis Galeni.

*Scillã ſucculẽtã de terra euelles, cuius folia & ſcapus iã penitus exaruerint, huic cortice detracto ex nouo electóque tritico duriorem pulticulam induces, quam calidis cineribus ſepellies, à quibus non prius*

*extrahes*

*extrahes, quam pulticula circumpoſita in cruſtam abierit, quod ſi vbi hæc agis, furnus aliquis adſit, illuc vnâ cum pane ſcillã inferes, inde cum obducta puls iã exaruerit, extrahes, & conteres. Satis aſſam verò ſcillam intelliges, ſi feſtucam admiſerit immiſſam; ſcilla namque cùm bene toſta eſt, feſtucam facilè excipit. Vbi vero ſcillam diligẽter attriueris, cãdidam. 1. Erui farinam admiſce; nam quæ candida non eſt, amara nimium eſt. Cognitum autem vnicuique exiſtimo, prius oportere farinam tenui cribro excutere, & exquiſitè, leuigare, ſcilla verò ſeſquipondere farinam ſuperet, opus eſt, dico autem ſeſquipõdere, vt ſi duas farinæ ſumas, ſcillæ tres accipias, & tãdem paſtillos forma. 2. quos eodẽ modo fere exſiccabis, quomodo ex viperis paratos exſiccamus.*

1 Eruinam farinam para iuxta Dioſcoridis doctrinam lib. 2. cap. de Eruo.

2 Digitis leuiter ex oleo roſaceo inunctis ex Aëtio Amideno. libro. 13. cap. 88.

## PASTILLORVM EX VIPERIS COMPOSITIO EX LIBRO PRImo de antidotis Galeni tranſcripta.

*VIperas. 1. nõ vt aliqui faciunt, æſtate media, neque ſtatim cauernas vbi egreſſæ fuerint, venari conuenit, æſtate ſiquidem earũ carnes ſitim excitãt, ſtatimque ab egreſſu frigidæ ſiccæ, & extenuatæ ſunt: oportunũ itaq́ue tempus eſt, quod ijs medium intercedit, quòdque Andromachus ipſe ſignificauit, quo tempore & qui libro patri ſacra faciunt, viperas lacerant, vere quidem finiente, nondum tamen æſtate incipiente, vel ſi ver magna ex parte hyemale fuerit, circa æſtatis principium nõ multo poſt Pleiadum ortum. 2. Viperas autẽ prægnantes reijcere oportet, aliarum verò caput ac caudam abſcindere, quæ partes venenatæ etiã plus eſſe videntur, et duriores minuſque carnoſæ: ſufficiet autẽ in magnis viperis ſi id quod vtrinque amputabimus quatuor digitorũ mẽſurã nõ exceſſerit. 3. His peractis reliquũ corpus inteſtinis exemptis, pelleque detracta, aquis primo abluẽdum, atque in vas fictile conijciendum eſt, deinde aquæ*

1 Viperam eſſe iudicatum eſt, id genus ſerpẽtis quod noſtris dicitur Scurço: hos ſerpentes, vel ex villa ſanctæ Columbæ de Queralt in Catalonia, vel ex Valentino Regno ex agro Morellæ proximo nſi repetũt. Ex viperis autẽ fœminas maribus reiectis Aëtius Amidenus Medicus eligit libro decimo tertio, capite nono: quo loco viperarum dignotionem tradebat, fœminaſque â maribus diſtinguebat. Auctor verò libri ď Theriaca ad Piſonem in eandẽ curam diligenter incumbens rem totam abſoluebat, in his. Sũt autẽ animalia colore

pura ſuperinfundenda, et Anethum quod tunc viget, addendum, et ollæ prunas, vt carnes coquãtur, ſubijciemus, vel arida ligna, quæ quod fumũ non edant ἀκάπνα vocant, vel quod melius adhuc eſt, vitium ſarmẽta, ſalis autem ſi ſuo tempore viperas ceperis tantillum immittere oportet, ſin æſtate iã incipiente, nihil. Fugere autem viperas oportet marina loca incolentes, uel iuxta lacunas ſalſaſve paludes habitãtes: antidotus enim quæ huiuſmodi viperas acceperit, ſitim excitabit. 4 Viperas igitur ita coctas ac ſi quis illas comedere uellet, ab iure primum eximemus, deinde illarum carnes ita ab ſpinis mundabimus, vt ſpinam aliquam non recipiamus, carnes exquiſitè conteremus, quibus panis ex puriſſima farina optime confecti, beneque fermentati, in furno nõ in clibano cocti, parum quiddã admiſcebimus: nonnulli dimidiam partem panis, alij tertiam aſſumũt, ego verò aliquando quartam, nonnunquam quintam conieci. 5. Iam verò niſi perfectè coctus panis fuerit, pharmaco acoris periculum impẽdet. Optimum etiam fuerit panem ita coctum per aliquot dies loco aliquo ſicciori exſiccaſſe, vbi verò viperas et panẽ ita miſcueris, & læuigaueris vt nulla, carnis portio illæuigata remaneat, paſtillos cõficito 6. tenues nã craſſi cũ difficulter exſiccentur, & carnem putreſcere, et panem aceſcere ſinunt: quamobrem panem ante ſiccatum terere ſatius eſt, et non quemadmodum ante nos qui Cæſari Theriacam parabãt viperarum iure maceratum quam rem ipſe quoque diu feci, ſed mihi poſtea ſatius eſſe viſum eſt panem ita contritum viperarũ carnibus exquiſitè antea tritis admiſcere, citius enim paſtilli exſiccabuntur qui ſiccum, quàm qui madidum acceperint. Sit autem cella in qua paſtillos ſiccabis, in ſuperiori domus parte ad meridiem conuerſa vel ſaltem ad ſeptentrionem non reſpiciat, vt ſolis radios tota penè die accipiat, tali enim in loco commodè, ſicceſcent, ſtatim à compoſitione ibi collocati, quo ſolares radij peruenire non poſſunt frequenter

ſubflaua, valde velociter agilia, collũ admodum attollentia, oculis ſubrubẽtibus, tumidis & ferinũ cernentibus, capite latiori & toto corpore, vẽtre autẽ vaſtiore meatu ad extremum magis caudæ quæ circũ uoluta nõ eſt, ſed cõuerſa potius paululũ inceſſu quieti proximo, qua re fœmina à mare diſtinguitur: ad hęc quod caninos dẽtes plures duobus habeat, quemadmodũ etiam his verſibus Nicander dicit:

*Quem gemino natura armauit dente canino,*
*Vulnere tabifico, ſed plures ſemper Aechidnæ.*

2 Auctor libri de vſu Theriacæ ad Pãphylianum hæc quæ ſequuntũr, animaduertit. Melius eſt Paulo ante captas ſumere, quàm diu retentas.

3 Non inutile videbitur locum hic attexere ex libro de Theriaca ad Piſonem, qui ita habet. Dum autẽ partes has abſcindis, diligẽter inſpicere cõſiliũ eſt, num his amputatis exanguia protinꝰ, immobilia, prorſúſque emortua animalia eſſe videantur: Nam ſi tales offenderis beſtias, nihil ad medicamenti conducere miſtionem ipſas cenſeto, at ſi motum quendam in ipſis reſiduum conſpicias, & ſanguinem conſeruare aliquamdiu poſſe,

*ter autē ipſos conuertere opus erit, vt æqualiter vtrinq; ex parte exſiccētur, quod facere ſi quis omiſerit, ſuperior quidem pars celeriter areſcet, inferior autem humida diutius permanebit, periculūque erit ne putreſcant: vbi verò iam exſiccati fuerint maneāt adhuc aliquot diebus in eadem cella longius q̄ prius à Solis radijs, et ſæpius etiā conuertantur. Sufficient autē ad hæc omnia quindecim dies ad ſummū, à quo tēpore donec Theriacā cōpones recondi debent in vaſe ſtanneo aut vitreo, aut etiam aureo, vitro ſiquidē et Auro nihil fraudulēter admiſceri poteſt, ſtannum autē plūbo adulteratur quod vitare conueniet non ſolū in hac Antidoto, ſed & in quibuſlibet alijs medicinis, quemadmodū et Argentum ſi purū non fuerit, vaſa namq; ex eo fabricata celerrime rubiginem cōtrahunt, purum autē Argentū Romani candidū vocant. Cæterū longe melius eſt, nō multo poſt q̄ paſtillos confeceris, illis vti: quanquā nō multum detrimēti capiant etiam, ſi exacto anno, atq; etiā multo poſt eis vtaris, rectè nāque à principio ſiccati, ad tertiū quartūq; annū integri perſeuerant, dummodo apte reponantur, et ſubinde puluiſculus quidam, qui ipſis obnaſci conſueuit mundis mantilibus interdum abſtergatur: is nāq; ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Perſpicuū eſt aūt inutiles eos tū demū reddi, cùm perforati fuerint, quēadmodū anteaq̄ hoc accidat, etiamſi multum tempus interceſſerit, non inutiles eſſe.*

has ceu præſtantiſſimis Antidoto præparatas immittes, vt quę haud ignauā, exoleſcentemque, ſed validam & durantē vim habere appareant.

4 Coctæ terminū aſſignat Auctor libri apte dicti in his. Sic autem ſibi cohærere mentiatur, cum ſpiſſa ab illarum carnibus coniunguntur.

5 Nobis quarta panis pars perpetuo aſſumpta eſt, & latis iudicata

6 Quos leuiter opobalſamo vtrinque oblinies.

## MITHRIDATVM DAMOCRATIS

ex libro ſecundo de Antidotis Galeni.

| | |
|---|---|
| ℞ Mirrhę Trogloditicę | ān. *drachmas decem.* |
| Croci | |
| Agarici | |
| Zingiberis | |
| Cinnamomi | |
| Spicę Nardi | |
| Thuris | |
| Thlaſpis | |

Seſelis

Seſelis

Seſelis
Opobalſami
Iunci odorati
Stoechadis
Coſti
Galbani
Terebinthinæ
Piperis longi
Caſtorei
Succi Hypocyſtidis
Styracis
Opopanacis
Folij Malabathri
*ān. drachmas octo.*

1 Caſsiæ nigrę
Polij
Piperis albi
Scordei
Seminis Dauci
Fructus Balſami
Cyphi
2 Bdellij
*ān. drachmas ſeptem.*

Nardi Celticæ
Gummi
Petroſelini
Opij
Cardamomi
Seminis Foeniculi
Gentianæ
Roſarum
Dictamni
*ān. drachmas quinque liberiuſculi ponderis*

Aniſi
Aſari
Iridis Illiricę
Acori
Phu
Sagapeni
*an. drachmas tres.*

1 Caſſiam nigrā Cannellam ex rubro nigreſcentem interpræ tamur, ne aliquis minus animaduertens ſolutiuā antiquis Gręcis indictā, accipiat.

2 Cepit, haud ita pridē, Gummi genus quoddam Bdellij nomine ad nos aduehi; quod ſi legitimū Bdellium non eſt, ab illo ſaltē à Dioſcorideque deſcripto non tantum diſtat, quantū lachryma illa pellucidior, quæ mirrhę admixta adfertur, & pro Bdellio vendi hactenus, & ſumi à non paucis cōſueuit. Gūmi igitur illud Taurino glutini ſimile, ſubamarum, & Bdellium nō nihil exprimens, poſt hac pro Bdellio ſument; dummodo exactum dum hoc vtentur ſedulo procurēt, & ex hoc illud tantum ſumant, quod ad veri Bdellij notas propius accedet, nec alio vtātur ſuccedaneo, ni cōſtitutū aliter fuerit.

Mei

Mei
Acaciæ
3 Ventris Scinci
Seminis Hyperici — *ān. drachmas duas & ſemiſſem.*

3. Quid prò Scinco ſit ſumendum dicimus infra in alia teſticulorū Vulpis.

Vini — *quantum ſufficiet.*
Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*

*Hæc Antidotus eadem arte eſt paranda, qua Andromachi Theriaca primo libro de Antidotis a Galeno paratur.*

# CYPHI COMPOSITIO QVAM EX RVFO RETVLIT DAMOCRATES ex libro ſecundo de Antidotis Galeni tranſcripta.

℞ Pulpæ Vuarum paſſarū albarū piſtæ, & cribro traiectæ.
Terebinthinę vſtæ — *ān. drachmas vinginti quatuor*

Mirrhę
Iunci odorati — *ān. drachm. duodecim.*

Calami aromatici — *drachmas nouem*
Cinnamomi — *drachmas quatuor*

Bdellij vnguium
Spicę Nardi
Caſſię
Cyperi
Baccarū Iuniperi magnarum & pinguium — *ān. drachmas tres*

Aſpalathi — *drachm. duas et ſemiſ.*
Croci — *drachmam vnam*
Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*
Vini parum.

MODVS

## MODVS VRENDI TEREBINTHINAM TRANS-criptus ex Ætij Amideni libro decimotertio, capite nonageſimo nono.

*TErebinthinam in ollā conijce, & triplum aut etiam amplius aqua infunde, et ad ignem nihil omnino mouendo coques; vbi abſumpta aqua fuerit, & Terebinthina inualida ita reddita, & attenuata vt confringi digitis poßit, ab igne amoue, & in Antidoti confectionem aſſume: ſi verò conſumpta aqua mollior adhuc* Terebinthina *apparuerit, aqua addita rurſus* Terebinthinam *coques, donec friabilis reddatur.*

## AVREA ALEXANDRINA DOMINI NICOLAI MYREPSI ALE-XANDRINI.

℞

| | |
|---|---|
| Aſari<br>Carpobalſami<br>Seminis Hyoſcyami albi | *ān. drachmas duas & ſemiſſem.* |
| Garyophyllorum<br>Opij<br>Myrrhę<br>1 Cyperi | *ān. drachmas duas.* |
| 2 Balſami<br>Cinnamomi<br>Folij<br>Zedoarię<br>Gingiberis<br>Coſti<br>Coralli<br>Caſsię ligneę<br>Euphorbij<br>Tragacanthi<br>Thuris<br>Mei | *ān. drachmām vnam.* |

1 Cyperum rotūdum accipe.

2 Opobalſamum intellige, pro quo quid ſumere oporteat in Theriaca Andromachi diximus.

Styracis

Styracis Calamitæ
Saluiæ
Cardamomi
Seſelis
Seminis Sinapi
2 Saxifragæ
Anethi
Aniſi — *ān. drachmam vnam*

Ligni Aloẽs
3 Rhapontici
Rhabarbari
4 Alyptæ Moſchatæ
Caſtorei
Spicæ Nardi
Galangæ
Opopanacis
5 Anacardi
Maſtiches
Sulphuris viui
Peoniæ
Eryngij
Roſarum
Thymi
Acori
Pulegij
Ariſtolochiæ longæ
Gentianæ
Corticum Mandragorę
Chamedryos
Phu
Baccarum Lauri
6 Ammi
7 Dauci
Piperis longi
Piperis albi — *ān. drachmā ſemiſſem.*

2 Sume pro Saxifraga vera hic radicem illā quam officina promiſcuè Saxifragiam nominat.

3 Si verum Rhaponticum ad manum fuerit, aſſumes: ſin minus pro eo electum Rhabarbarū ſumes.

4 Aliptam Moſchatā Nicolai accipe.

5 Anacardum præparatum ſumere oportet, vt in Confectione Anacardina docuimus.

6 Pro Ammi ſume ſemen vulgo nobis dictum Cumi de port.

7 Pro Dauco, vbi Cretico deſtitutus fueris, vulgarem accipe,

Xilobalſami
Cari
8 Amomi
Petroſelini
9 Liguſtici
Rutæ
10 Sinoni

Auri puri
Argenti puri
Margaritarum albarum
11 Blattæ Byzantię
12 Oſsis de corde Cerui — ãn grana quindecim.

Limaturę Eboris
Calami aromatici
Pyrethri — ãn grana ſeptem.

Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*

*Fiat ex arte Confectio.*

8 Hic pro Amomo, Macim ſubſtitue: id tamẽ perpetuũ eſſe, nolumus.

9 De Liguſtico in Electario d Aromatibus iam diximus.

10 Pro Sinonò, vulgare ſume, dum vero caremus.

11 Sume Vnguem odoratum Dioſcoridis, qui Vnguis odoratus officinæ eſt, & Arabũ vera Blatta Byzãtia, dummodo longiuſculum, & ſuffitu nõnihil Caſtoreũ olentem, eligas.

12 Acommoda huic loco, quæ in Diacamarone de Oſſe hoc diximus.

## ATHANASIA MIRIFICA DOMINI Nicolai Myrepſij Alexandrini.

℞ Cinnamomi
Caſsię ligneæ — *ãn. drachmas tres, & grana ſeptem.*

Croci
Florum Iunci odorati
Styracis Calamitæ
Radicis Phu
Seſelis
Betonicæ
Succini
Hyoſcyami albi
Seminis Apij
Dauci — *ãn. drachmã vnã et ſemiſſem, & grana tria.*

Auiſi

Aniſi
Opij

Spicæ
Folij
Caſtorei
Mirrhæ
Lapidis Hæmatitis
1 Sanguinis Draconis
Coralli rubri
2 Mumiæ
Coſti
Boli Armenæ
Symphyti
Helenij
Acori
Aſari
Corticis radicis Mandragoræ
Polij
Mei
Foliorum Lauri
Piperis longi
Piperis albi
Seminis Petroſelini — *ān. drachmā ſemiſſem.*

3 Seminis Quinque neruię
Seminis Myrti
Roſarum — *ān ſcrupulos tres, & grana quatuor.*

Succi Hypocyſtidis
4 Succi Acaciæ
Seminis Oxyacanthæ
5 Succi Oxyacanthæ — *ān. vncias duas.*

6 Succi Quinque neruię — *vncias tres.*
Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*
*Ex arte para, & repone.*

1 Cinnabaris vocē deleuimus, ne nominū affinitas cuiquā imponeret: itaque imponeret, vt pro Draconis ſanguine venenum lethiferum ſumeret, quē autē Draconis ſanguinē ſumere, oporteat, repete ex notitionibus in Trochiſcos de Terra ſigillata.

2 Pro Mumia Piſſaſphaltum ſumi poſſe, decretum eſt; ſin autem Mumiam ſepulchrorum parare noſtris libuerit: non ſumentcadauer hominis ex ægritudine mortui, ſed accipient alicuius ſani, robuſti, & iuuenis hominis ad furcām ſtrangulati, cadauer: condient autem ex opportuna quātitate Mirrhe, Bēioini, Aloës, Croci, & Opobalſami.

4 Pro Acacia, ſume ſpiſſamentum Lentiſcinum, vt in Theriaca.

5 Sume ſemen & ſuccū ex Baccis expreſſum, ſeu fructu Arboris illius, quæ Barcinonenſibus noſtris dicitur Arths, quæq. Vulgaris, & notiſsima eſt, quem ſuccū inſpiſſatū eſſe oportet.

3 6 Quinque neruia illa eſt Plātaginis ſpecies cuius folia quinque nerueis fibris diſtinguuntur, cuius ſuccū etiam inſpiſſari volumus.

## TRYPHERA MAGNA DOMINI NICOLAI.

℞ Opij ——————— *drachmas duas.*

1 Caſtorei
Cinnamomi
Caryophyllorum
Galangæ
Spicæ
Zedoariæ
Gingiberis
Coſti
Styracis Calamitæ
Calami aromatici
Cyperi
Iridis Illyricæ
Peucedani
Acori
Mandragoræ
Nardi Celticæ
Roſarum
Piperis
Seminis Aniſi
Seminis Apij (donici
Seminis Petroſelini Mace
Seminis Foeniculi
Seminis Dauci
Seminis Hyoſcyami
Seminis Cumini
Seminis Ocimi —— *an. drachmam vnam.*

Mellis deſpumati ——— *quantum ſufficiet.*
*Exactiſsimè miſce.*

1 Caſtoreũ huic compoſitioni addidimus præter Nicolai auctoritatem, abſque quo poſthac à noſtris parari nolumus.

## ANTIDOTVS PHILONIS TARSENSIS MEdici, quã retulit Galenus libro nono Cõpoſitionis medicamentorum ſecundum locos, vbi colica pharmaca recenſebat.

Piperis

℞ Piperis albi —— } ān. drachmas viginti.
Hyoſcyami —— }

Opij —— drachmas decem.
Croci —— drachmas quinque.

Pyrethri —— }
Euphorbij } ān. drachmam vnam.
Spicæ —— }

Mellis deſpumati —— quantum ſufficiet.
*Confice ex arte.*

PHILONIVM ROMANVM DOMINI AVI- cennæ, libro quinto tractatu primo, ſumma prima.

℞ Piperis albi —— } ān. aureos viginti.
1 Seminis Hyoſcyami albi }

Opij —— aureos decem.
Croci —— aureos quinque.

Euphorbij —— }
Spicæ } ān. aureum vnum.
Pyrethri —— }

Caſtorei —— }
Zedoariæ }
2 Doronici } ān. drachmam vnam
Margaritarũ nõ perforatarũ }
3 Seil —— }
Mellis deſpumati —— quantum ſufficiet.

1 Aureus pẽdet drachmam vnam & ſemiſſem vt alibi diximus.

2 De Doronico noſtram ſentẽtiam habes in Diamoſcho.

3 Seil Pandectario eſt Chax Chax ideſt Papauer, ſume nunc ſemẽ albi Papaueris.

PHILONIVM PERSICVM DOMINI Auicennæ ibidem.

℞ Piperis albi —— } ān. drachmas viginti.
Seminis Hyoſcyami albi }

Opij —— } ān. drachmas decem.
Terræ ſigillatæ —— }

 Croci

Croci ——— *drachmas quinque.*

Euphorbij, Spicę, Pyrethri ——— *ãn. drachmas duas.*

Caſtorei ——— *drachmam vnam.*

Zedoarię, Doronici, Margaritarũ nõ perforatarum, Moſchi ——— *ãn. drachmã ſemiſſem.*

Camphorę ——— *grana quindecim.*

Mellis deſpumati ——— *quantum ſufficit.*

## SALVIA IMPERIALIS VSVALIS.

℞ Behen albi, Behen rubri, Piperis albi, Camphoræ, Opij ——— *ãn. drachmas tres.*

Caryophillorum, Cinnamomi, Baccarũ Lauri mũdarũ ——— *ãn. drachmas quinque.*

Seminis Papaueris albi, Seminis Hyoſcyami albi ——— *ãn. drachmas duas.*

Folij, Cyperi rotundi, Caſsiæ ligneæ, Pyrethri ——— *ãn. drachmas quatuor & ſemiſſem.*

Euphorbij, Croci ——— *ãn. drachmas ſex.*

Ellebori albi, Ellebori nigri ——— *ãn. drachmam vnam*

Spicæ

Spicæ } ān. *drachmam vnā & ſemiſſem*
Schoenanthi
Balſami --*drachmas duas.*

*Omnia in tenuiſſimum puluerem redige, Opiúmque ex arte diſſolue, mox ex ſufficienti quantitate* Mellis *deſpumati fac Confectionem.*

## REQVIES GALENI DOMINI NICOLAI.

℞ Roſarū } ān. *drachmas tres.*
Violarum

Opij } ān. *drachmam vnam.*
Hyoſcyami
Papaueris albi
Corticis radicis Mādragoræ
1 Seminis Intybi hortenſis
Seminis Lactucæ
Seminis Portulacæ
Seminis Pſylij
Nucis Moſchatæ
Cinnamomi
Sacchari

Santali albi } ān. *ſcrupulos duos & grana quinque.*
Santali Citrei
Santali Rubri
Spodij
Tragacanthi

2 Croci --*drachmam ſemiſſem.*
Mellis deſpumati --*quantum ſufficiet.*
*Miſce*

1 Hoc eſt Scariolæ.

2 Crocum huic compoſitioni addidimus & ne poſt hac ſine Croco hanc compoſitionē noſtri parēt, volumus.

# CONFECTIO ANACARDINA DOMINI MESVES.

℞ 1. Piperis  
Piperis longi  
Myrobalanorũ Chebularũ  
Myrobalanorũ Emblicarũ  
Myrobalanorũ Bellericarũ  
Myrobalanorum Indarum  
2 Ium de Bedũſt ——— *ãn. drachmas duas.*

Coſti  
3 Anacardi  
Sacchari Tabarzet  
4 Burungi  
Baccarum Lauri ——— *ãn. drachmas ſex.*

Cyperi ——— *drachmas quatuor.*

*Anacardos perſccere, aliiſque ſimplicibus tritis miſce, & omnia æquis portionibus Butyri Bubuli, & Mellis coctis excipe, conſice, & repone, & vtere poſt ſex mẽſes*

1 Piper abſolutè vbicũque inuenies, nigrum ſumes.

2 Ium de Beduſt, Caſtoreum interpretamur.

3 Anacardum præparatum ea qua infra dicetur ratione, accipe.

4 Cũ Auctor quid Burungi ſit, non dixerit, & Claſſici Auctores omnes, vno excepto, inexplicatũ reliquerint, neq; hic ſatis dubitãdi occaſionẽ omnẽ ſuſtulerit, & à nobis in hãc curam nõ omnino negligenter incũbẽtibus, certius nihil inueniri hactenus potuerit; vt Meliſſophyllum, hoc eſt Apiaſtrum Dioſcoridis ſumant, conſulimus: interim dum tempus, & doctorum hominum induſtria, certò quid obſcura Burungi voce notetur, vel quæ tandem res ſit, doceant.

## PRÆPARATIO ANACARDORVM ARNALdi de Vilanoua Medici Catalani quã libro primo Breuiarij capite vigeſimo octauo, quo memoriæ defectum curat: ſcripſit.

*Accipiantur Anacardi, et optimè terãtur in mortario, & in aceto fortiſſimo ponãtur, & ibi ſtent diebus ſeptẽ: poſtea lentò igne in prædicto aceto coquantur, quouſque tertia pars aceti remaneat; et cola: fœcẽ verò illam, quæ in fundo vaſis remanſit, aceto abiecto, in Medicinis pone: numquam enim Anacardi debent in Medicinis poni, niſi prius hoc modo præparentur.*

Mel

## MEL ANACARDINVM VT FIAT, ex eodem Auctore.

*Si Mel Anacardinum facere volueris pone cum ipſi. Anacardis in aceto coctis tãtundẽ Mellis deſpumati, & bullitant ambo ſimul vſque ad ſpiſſitudinem.*

# DE CONFECTIONIBVS AROMATICIS.

## CONFECTIO EX MOSCHO dulcis domini Meſues.

| | | |
|---|---|---|
| | ℞ Croci | ãn. drachmas duas. |
| 1 | Doronici | |
| | Zedoariæ | |
| | Ligni Aloës | |
| | Macis | |
| | Margaritarum albarum | ãn. drachmas duas & ſemiſſem. |
| 2 | Serici crudi vſti | |
| | Charabe | |
| | Coralli rubri | |
| 3 | Galliæ Moſchatæ | |
| | Ocimi Citrati | |
| 4 | Behen albi | ãn. drachmam vnam. |
| 5 | Behen rubri | |
| | Folij | |
| | Spicæ | |
| | Caryophyllorum | |
| | Gingiberis | ãn. drachmã vnam & ſemiſſem. |
| | Cubebarum | |
| | Piperis longi | |
| | Moſchi | ſcrupulos duos. |
| | Mellis crudi | quadruplum. |

1 Vt diximus in Trochiſcis de Roſis & Eupatorio.

## TROCHISCI DE ABSINTHIO domini Meſues.

℞ Roſarum, Abſinthij, Aniſi —— *ān. drachmas duas.*

Rauedſeni, Succi Eupatorij inſpiſſati, Aſari, Apij, Amygdalorum amarorũ, Spicæ, Maſtiches, Folij —— *ān. drachmam vnam.*

*Succi Endiuiæ recentis curioſè clarificati quantũ ſufficiet, & fac ſecundum artem Trochiſcos.*

## TROCHISCI DE EVPATORIO domini Meſues.

℞ Tereniabin, Succi Eupatorij inſpiſſati —— *ān. vnciam vnam.*
Roſarum —— *vnciam ſemiſſem.*
Spodij —— *drach. tres et ſemiſſem.*
Spicæ —— *drachmas tres.*
Rhabarbari, Aſari, Aniſi —— *ān. drachmas duas & ſemiſſem.*

*Succi Eupatorij recentis depurati quantum ſufficiet, & fac Trochiſcos.*

TRO-

## TROCHISCI DE LACCA domini Meſues.

℞ 1. Laccæ mundæ
Succi Glycyrrhizæ
Abſinthij
Berberis
Succi Eupatorij inſpiſſati
Rhabarbari
Ariſtolochiæ longæ
Coſti
Aſari
Amygdalorum amarorũ
Rubeæ tinctorum
Aniſi
Apij
Scœnanthi
} *ãn. drachmam vnam.*

2 *Fac ex arte Trochiſcos pendentes drachmam vnam.*

1 Lauetur Lacca ex decocto Schœnanthi, & Ariſtolochiæ longæ ex arte factę, ad id tamen caue, ne aſſumas Schœnanthum, vel Ariſtolochiã compoſitionem ingrediẽtia, quæque terenda cum reliquis potius ſunt ſubtiliſſimè.

2 Ex opportuna quantitate decocti ad Laccam lauandã parati.

## TROCHISCI EX TERRA SIGILLAta domini Meſues.

℞ 1 Sanguinis Draconis
Gummi Arabici toſti
Trochiſcorum Ramich
Roſarum Rubrarum
Seminis Roſarum
Amyli toſti
Spodij
Acaciæ
Hypociſtidis
Lapidis Hœmatitidis
Balauſtiorum
Boli Armeniaci
} *ãn. drachmas duas.*

1 Hic & vbique, ſanguinẽ inuenies Draconis electiſſimũ ſume, quẽ noſtri dicunt, Sãc de Drago fina, quod ſemel admonuiſſe, ſit ſatis.

Ex multis erroribus, quos tranſcribentiũ negligẽtis incuria, cũ vetuſta annorum ſerie, huic compoſitioni intulerat, quoſdã ope trium manuſcriptorũ codicum Meſues venerandæ antiquitatis, quibus vſi, in hoc opere contexendo fuimus, deleuimus: reliquos ex multis impreſſis ſubſtulimus, & non ſine labore integritati priſtinæ cõpoſitionẽ reſtituere ſtuduimus.

Terræ ſigillatæ
Coralli rubri
Succini

Margaritarum
Tragacanthi
Papaueris nigri — *ān. drachmam vnam et ſemiſſem.*

Seminis Portulacę toſti
Thuris
Gallarum
Nucum Cupræſsi — *ān. drachmas duas.*
Succi Arnagloſi depurati — *quantum ſufficiet.*

*Forma Trochiſcos.*

## TROCHISCI ALHANDAL domini Meſues.

℞ Pulpę Colocynthidis albę leuis & a ſeminibus repurgatæ — *vncias decem*

*Incinde minutiſsimè, & frica ex vncia vna* Olei Ro*ſacei deinde ſequentia aſſume.*

Tragacanthi
Gummi
Bdellij — *ān. drachmas ſex.*

*Tria hæc ſimul, quatuor cōtinuis diebus in aqua Roſarum macerentur, & poſtea Glutinū hoc artificioſè collige, ex quo & Colocynthide vt dictum eſt parata fiant Trochiſci, qui in vmbra ſiccentur, ſicci iterum opportunè terantur, & ex eodem Glutino Gummium Trochiſci reformentur.*

His in Hiera Hermetis vtendum, & in alijs Medicamentis pro Colocynthide.

Aquam hic Roſarū, ſuccum Roſarum interpretamur.

TRO-

## ℞ TROCHISCI EX SANTALIS D. MESVES.

Santali albi ⎫
Santali rubri ⎬ ān. drachmas octo.
Santali Citrini ⎭

1 Spodij ⎫
Seminis Cucumeris ⎪
Seminis Cucurbitæ ⎬ ān. drachmas quatuor.
Seminis Citrulli ⎪
Boli Armenæ ⎪
Seminis Portulacæ ⎭

Roſarum — drachmas ſeptem.
Camphorę — drachmam vnam.
Berberis aut ſucci eius inſpiſſati — drachmas ſex.

2 *Ex Aqua Portulacæ fac Trochiſcos.*

1 Spodium Arabum ſume, hoc eſt Ebur vſtum.

2 Hic pro aqua ſuccū intelligi, ſuſpicamur.

## ℞ TROCHISCI DE CAPPARIBVS D. MESVES.

Corticū radicū Capparis ⎫ ān. drachmas ſex.
Seminis Viticis ⎭

1 Seminis Nigellæ ⎫
Calaminthæ ⎪
2 Succi Eupatorij inſpiſſati ⎪
Acori ⎪
Amygdalorum amarorū ⎬ ān. drachmas duas.
Seminis Naſturtij ⎪
Ammoniaci ⎪
Foliorum Rutæ ⎪
Radicis Ariſtolo. rotūdę ⎭

3 Cyperi ⎫ ān. drachmam vnam.
4 Scolopendriæ ⎭

*Omnia ex arte in tenuiſſimū puluerē redige, mox Ammoniaco in Aceto diſſoluto, excipe, et fac Trochiſcos.*

1 Nigellam, Dioſcoridis Melanthium eſſe, cenſemus.

2 Eupatorium Meſues intellige, & accipe, hic & in alijs omnibus Meſues compoſitionibus, quod centies admonere laborioſum minime iudicamus.

3 Cyperum rotundum ſume, vt alibi monuimus.

4 Scolopendriam, Ceterach officinæ nominant, noſtri Dauradella.

## ℞ TROCHISCI DE KARABE D. MESVES.

Karabe —— *aureos ſex.*

Cornu Cerui vſti
Gummi Arabici Aſſati
Coralli rubri vſti
Tragacanthi
Acaciæ
Hypocyſtidis
Balauſtiarum
Maſtiches
Laccæ
Papaueris nigri toſti —— } *ān. aureos duos.*

Thuris
Croci
Opij —— } *ān. aureum vnum & ſemiſſem.*

*Mucilaginis ſeminis Pſyllij ex Aqua Pluuia extractæ quantum ſufficiet, Formandis Trochiſcis.*

## TROCHISCI ALKEKENGI D. MESVES.

℞ 1. Granorum Alkekengi —— *drachmas tres.*
2 Seminis Citrulli
3 Seminis Albathecæ
Seminis Cucurbitæ —— } *ān drachmas tres & ſemiſſem.*

Boli Armenę
Gummi Arabici
Thuris
Sanguinis Draconis
Papaueris albi
Amygdalorum amarorū
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Amyli
Nucum Pinearnm —— } *ān. drachmas ſex.*

1 Alkekengi officinæ, Arabes magna ex parte ſectantis, Dioſcoridis eſt Solanum Halicacabū, quod Phyſalis etiam eidem nominatur, cuius grana hic aſſumenda ſunt, matura, & rubra.

2 Citrullus noſtris dicitur Cindria.

3 Albatheca eſt noſtrorum Albudeca, & Melo eſcrit, tu verò hic ſumere Melonis cuiuſque ſemen deficiente Auguria poteris.

Semins

Seminis Apij  
Succini  
Terræ ſigillatæ  
Hyoſcyami  
Opij — *ān. drachmas duas.*

Aquæ Fragorũ diſtillatę — *quantum ſufficiet.* 4

*Fac Trochiſcos.*

4 Fragua dicimus nos Maduxas.

## TROCHISCI EX AGARICO; VEL Agaricus trochiſcatus D. Meſues in ſimplicibus capite de Agarico.

℞ Agarici electi — *uncias tres.*  
Vini infuſionis Gingiberis — *quantum ſufficiet.*  
*Fiant ex arte Trochiſci, ea tamen lege, ut in vino dictæ infuſionis Gingiberis Agaricus ſæpius ſubmergatur, ut Auctor præcipit.*

## TROCHISCI EX SEMINE VITICIS DOMI. Rhaſis lib. 9. ad Almãçorẽ cap. de dolore Splenis.

℞ 1. Seminis Viticis  
2 Seminis Tamariſci — *ān. drachmas decem.*

Seminis Endiuiæ  
Seminis Portulacæ — *ān. drachmas quinque.*

Syrupi acetoſi — *quantum ſufficiet.*  
*Fac ex arte* Trochiſcos.

1 Trochiſci ex Agno caſto nominãtur ab interpræte Rhaſis: viticem enim Agnum caſtum officina nominat.

2 Tamariſcus Myrica eſt.

## TROCHISCI GALLIAE MOSCHAtæ domini Nicolai.

℞ Maſtiches — *uncias duas.*  
Gummi Arabici — *unciam unam.*

Camphoræ——————*ſcrupulum vnum.*

*Hæc trita ſtillaticia Roſarum aqua excipe, & forma Trochiſcos, qui poſt perfectā artificioſamque ad vmbram exſiccationem, denuo ſubtiliſsimè terantur, denſiſsimòque cribro traijciantur, & quarta parte vnius vnciæ Olei Sambacini irrorentur, & tunc ſequentia ſubtiliter trita admiſce.*

Sambacinum Oleū ſuſpicamur eſſe Oleū ex floribus Ieſſemini effectū, noſtris eſt, Oli de Geſſemi.

Cinnamomi ——————
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ———— } *ān. vnciam ſemiſſem.*

*Ex aquaque Roſarum fiant Trochiſci.*

# ALIPTA MOSCHATA D. NICOLAI Alexandrini capite tricenteſimo ſexageſimo octauo & Myrepſi Antidoto quadricenteſimo vigeſimo tertio.

℞ Ladani defœcatiſsimi——*vncias tres.*
Styracis Calamitæ————*vnciā vnā et ſemiſſem*
1 Styracis rubræ ————*vnciam vnam.*
Ligni Aloës ——————*drachmas duas.*
Ambræ ——————*drachmam vnam.*
Caphuræ——————*drachmam ſemiſſem.*
Moſchi ——————*ſcrupulum ſemiſſem.*
Aquæ Roſarum ————*quantum ſufficiet.*

1 Hic pro Styrace rubra re ſatis ignota nobis, ſume Reſinā odoratam quam Benjoinum nominamus.

*Ad dies Caniculares vtramque Styracem & Ladanum craſsiuſculè trita in opportuno vaſe Soli expone, vt emolleſcant: mox in mortario cum piſtillo calidiuſculo contere, paulatim puluerem Ligni Aloës inſpergendo, Ambram verò & Caphuram ſeorſim ex arte læuigata poſtea adde, tandē Moſchū ex Aqua Roſarū diſſolutū immiſce, et fac artificioſè Trochiſcos.*

TRO-

## TROCHISCI DIARHODON domini Nicolai.

℞ Roſarum viridium — *drachmas quatuor.*
Spodij — *drachmas duas.*
Santali rubri — *drach. vnā et ſemiſſem, et grana ſeptē.*
Santali albi — *drachmam vnam & grana duodecim.*
Croci — *ſcrupulos duos, & grana ſeptem.*
Camphoræ — *grana duodecim.*

*Mortario marmoreo Roſa recentes ducantur, ad abſolutam trituram, quando reliqua ad vnguem puluerizata admiſce, & ex ſtillatitio Roſarum liquore fac Trochiſcos.*

## TROCHISCI DE MARGARITIS DOmini Auicennæ lib. tertio, tractatu ſecūdo Fen 11. capite de tremore Cordis calido.

℞ Seminis Lactucæ
Seminis Endiuiæ
Spodij
Roſarum
Santali Citrini
Seminis Portulacæ
Florum Bugloſsi
Coriandri ſicci præparati
Coralli rubri
Succini
Margaritarum — *ān. ſcrupulos duos.*
Camphoræ — *ſcrupulum ſemiſſem.*

*Tritis omnibus artificioſé, ex aqua Roſarum fiant Trochiſci.*

## TROCHISCI DE MYRRHA DOMINI Rhaſis capite 83. libri noni ad Almançorē de prouocatione menſtruorum.

℞ Myrrhæ — *drachmas tres.*
Lupinorū optime tritorū — *drachmas quinque.*

Foliorum Rutæ
Mentaſtri
Pulegij
Cymini
1 Sauinæ
2 Dictamni
Rubeæ tinctorum
Aſſæ fœtidæ
Sagapeni
Opopanacis — *ān. drachmas duas.*

Sūcci Arthemiſiæ — *quantum ſufficiet.*

*Fac ex dicto ſucco recenti, & depurato Trochiſcos ſecundum artem.*

1 2 Huic compoſitioni, vt Sauinā & Dictamnum adderemus, exēplariorum corrupta varietas effecit: ſine quibus poſt hac parari, nolumus.

## PASTILLVS EX SVCCINO GALENI libro ſeptimo compoſitionis medicamentorū per locos cap. 4.

℞ Seminis Pſyllij mundi — *drachmas quadraginta quinque.*

Iridis Illiricæ
Maſtiches
Ramentorum Succini
Croci — *ān. drachmas triginta.*

Opij — *drachmas quindecim.*

*Pſylliū in aquā calidā cōiectū macerari ſinito, atq; vbi viſcoſum ac glutinoſum in aquā depoſuerit, liquorē exprimito, et ex eo pharmacū præparato, in paſtillos cogēdo*

PASTI-

## PASTILLI EX SEMINIBVS GALENI libro ſeptimo cōpoſitionis medicamentorum per locos, capite quinto.

℞ Seminis Apij——————*drachmas octo.*
Opij——————*drachmas duas.*
Ammij——————*drachmas octo.*
Aniſi ——————
Fœniculi——————} *ān. drachmas quatuor.*
1 Caſsiæ nigræ——————*drachmas duas.*

*Ex aqua fac Paſtillos triobolares.*

1 De Caſsia nigra vide quæ in Mithridato diximus pagina.10.

## TROCHISCI BECHII.

℞ Sacchari albiſsimi——————*libram vnam.*
Sacchari candi——————
Penidiarum——————} *ān vncias quatuor.*
Iridis——————*drachmas ſexdecim.*
Amyli——————*vncias duas et ſemiſſē.*

*Mucilaginis Tragacanthæ ex aqua Roſarū extractæ quantum ſufficiet; miſce, et ex arte fac* Trochiſcos.

## TROCHISCI DE MINIO D. IOANNIS VIgonis lib. 4. tractatu primo capite octauo vbi de Fiſtula diſputat.

℞ Sublimati optime triturati-*vnciam ſemiſſem.*
Medullæ Panis crudi, ſed
bene fermentatæ——————*vncias quatuor.*
Minij——————*drachmas decem.*

*Miſce omnia ad inuicem ex momento aqua Roſarū incorporando, & fiant* Trochiſci *ad modum tentarum diuerſarum, deinde exſiccentur; & decoquantur in furno ſuper tegula, & reſeruentur.*

# DE ECLEGMATIS id eſt Linctibus.

## LOHOC DE PINO D. MESVES.

℞ Nucum Pinearum——*drachmas triginta.*

Amygdalorum dulciũ
Auellanarum toſtarum
Tragacanthi
Gummi Arabici
Succi Glycyrrhizæ
Glycyrrhizę pulverizatę
Amyli
Capilli Veneris
Radicis Iridis — *an. drachmas quatuor.*

Carnium Dactylorum——*drach. triginta quinque*
Amygdalorũ amarorũ ——*drachmas tres.*

Mellis Paſſularum
Butyri recentis
Sacchari albiſsimi — *an. drachmas quatuor.*

Mellis deſpumati electiſsimi—— *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Eclegma.*

Eclegmata omnia in diplomate, ſeu vaſe duplici perpetuo coqui volumus, nec aliter cuiquam fas ſit, parare.

## MEL EX VVIS PASSIS QVOMODO PARETVR.

℞ Vuarum Paſſarum exacinatarum——*vncias quatuor.*

*Infunde in ſufficienti quãtitate Aquæ Ciſternæ viginti quatuor horis, poſtea coquẽ ſecundum artem vſque ad duarum tertiarum conſumptionem, reliquam tertiã partem cola exquiſitè, mox recoque, vſque ad Mellis craßitudinem.*

Ex Aqua pluuia electa puriſſimàque Linctus omnes parari, præcipimus: qua deficiẽte, ſubſtitui Fontanam bonam poſſe, anim aduertimus.

## ECLEGMA CHARIXENIS EX GAleno libro ſeptimo cõpoſitionis medicamentorũ per locos cap. ſexto.

℞ Origani, Comæ Thymi, Iridis Illyricæ, Calaminthæ ſiccæ, Piperis albi, Aniſi toſti — *ãn. drachmas octo.*

*Tundito, & per anguſtiſſimum traiicito cribrum, Mellisque ſufficienti quantitate ex arte excipito.*

## LOHOC DE SCILLA DOMINI MESVES.

℞ Succi Scillæ, Mellis electi deſpumati — *ãn. libram vnam.*

*Scillam elige, & coque vt in paſtillis Scilliticis ex Galeno diximus, ex qua adhuc calente, torculari exprimatur ſuccus, qui Melli admiſtus igne leni artificioſè coquendus eſt, vſque ad idoneam craſſitudinem.*

## LOHOC BONVM DOMINI MESVES.

℞ Seminis Papaueris albi, Spodij, Seminis Lini torrefacti, Croci, Amygdalorum dulcium mundorum — *ãn. drachmas tres.*

Amyli, Tragacanthi, Gummi Arabici, Seminis Cytoniorum, Seminis Citrulli — *ãn. drachmas ſex.*

Naſtur-

Naſturtij
Seminis Bombacis
Amygdalorum amarorũ
Farinæ Fabbarum — *ãn. drachmam vnã & ſemiſſem.*

Penidiarum — *drachmas ſeptuaginta.*

*Penidias aqua Fontana diſſolue, & coque ſufficienter, mox cætera artificioſè parata illa miſtura excipe, & fac Lohoc.*

Satis hęc cocta erũt, vbi in Syrupum redacta videbuntur.

## LOHOC CAVLIVM D. MESVES, Capite de Tuſsi humida.

℞ Succi Caulium — *libras quinque.*

Sapæ
Mellis deſpumati — *ãn. libram ſemiſſem.*

*Caulium ſuccum coque ſenſim ad ignem abſque fumo vſque ad trium librarum abſumptionem ſemper ſpumam detrahendo, reliquis duabus libris colatis Sapam & Mel adde & ad opportunã craßitudinem coque.*

## LOHOC SANVM ET EXPERTVM domini Meſues.

℞ Cinnamomi
Hyſſopi ſicci
Glycyrrhizæ — *ãn. vnciam ſemiſſem.*

Iuiubarum
Sebeſten — *ãn. numero triginta.*

Vuarũ paſ. enucleatarũ
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium — *ãn. vncias duas.*

Fœnugræci — *drachmas quinque.*

Capilli

Capilli Veneris——*manipulum vnum.*
Aniſi
Fœniculi
Iridis
Seminis Lini
Calaminthæ — *ān drachmas quatuor.*

*Coquantur ſecūdum artē in Aqua Ciſterna electa vel Fontana libris quatuor ad conſumptionem duarum librarum, reliquas duas libras cola exprimendo, huic colaturæ adde.*

Penidiarum——*libras duas.*

*Coque ex arte vſque ad opportunam craßitudinem, ſequentia idoneè parata, in tempore addendo.*

Nucum Pinearū mūdarū—*drachmas quinque.*
Amygdalorū dulciū mūdorum
Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Gummi Arabici
Amyli — *ān drachmas tres.*
Iridis——*drachmas duas.*

*Quæ omnia ſimul, donec albedinem miſtura contraxerit, agitentur.*

## LOHOC DE PAPAVERE DOMINI MESVES.

℞ Seminis Papaueris albi——*drach. viginti quinque.*
Amygda. dulciū mūdorū
Nucum Pinearū mūdarū
Gummi Arabici
Tragacanthi
Succi Glycyrrhizæ — *an. drachmas decem.*

Amyli
Seminis Portulacæ
Seminis Lactucæ
Seminis Cytoniorum — *an. drachmas quatuor.*

Croci

Croci ——————— *drachmam vnam.*
Penidiarum albarum ——— *vncias quatuor.*
Syrupi de Papauere ——— *quantum ſufficiet.*

*Omnia idoneè parata Syrupo excipiantur, et fiat Lohoc.*

## DESCRIPTIO SYRVPI DE PAPAVERE, ex quo Lohoc de Papauere Meſues eſt conficiendum.

℞ Capitum Papaueris albi recentium—
Capitum Papaueris nigri recentium— } *an̄. vncias ſex.*

Seminis Lactucę ———
Florum Violarum——— } *an̄. vnciam vnam.*

Aquæ Ciſternæ———
Sacchari albi ——— } *an̄. quantum ſufficiet.*

*Fiat artificioſè Syrupus.*

## LOHOC DE PVLMONE VVLPIS D. Meſues. capite de Phthiſi.

℞ Pulmonis Vulpis ſiccati
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Capilli veneris——— } *an̄. vnciam vnam.*
Sacchari clarificati——— *vncias quindècim.*

*Omnia ex arte parata Sacchara excipe.*

## MODVS EXSICCANDI PVLMONEM VVLPIS.

*Ex Vulpe venatione capta, quo citius fieri poßit, & quaſi ſemiuiua exiſtente Pulmonē euelles, a quo aſperam arteriam curioſè ſeparabis, deinde tepido vino albo tenui, & odorato ablues, quouſque ſordes, omnēq;*

*cruorem*

*cruorem depoſuerit, ita lotum, in vaſe fictili, tranſuerſo paxillo appendes, ita vt vaſis nullam attingat partem ad ſubtepidum furnum: vel aeri expoſitum ad vmbram exſiccabis, exſiccatum folijſquè Abſinthij obductum vſui, repones.*

## LOHOC DE TVSSILAGINE ſimplex, ſecundum vſum.

℞ Radicum Tuſsilaginis mundarũ—*libram vnam.*
*In idonea aquæ pluuiæ quantitate vſque ad mollitiem coque, contunde, & cribro traijce, deinde adde Mellis libras duas, & recoque ad iuſtam conſiſtentiam.*

## LOHOC DE TVSSILAGI. COMP. VSV.

℞ Radicum Tuſsilaginis——*libram ſemiſſem.*
*Radices mundas, lotáſque coque vſque ad exactam mollitiem in ſufficienti quantitate aquæ Ciſternæ vel Fontanæ, deinde contere benè, & cribro traijce, & iterum in eadem aqua in qua prius coctæ fuerunt radices coque, addendo opportuno tempore ex arte,*
Sacchari————*librãm vnã et ſemiſsẽ.*
Nucum Pini mundarum—*vnciã vnã et ſemiſsẽ.*
Carnis Vuarum Paſſarũ—*vncias duas*
Croci——
Caryophyllorum —— } *añ ſcrupulũ ſemiſſem.*
Succi Glycyrrhizæ——*drachmã vnã & ſemiſ.*
Cinnamomi——
Macis—— } *añ. ſcrupulum vnum.*
*Redige ad Mellis craſsitudinem.*

## ALOSA COMMVNIS PECTO. VSVA.

℞ Sacchari albiſsmi ——*vncias quinque.*
Aquæ Roſarum——*vncias quatuor.*
Amyli recentiſsimi——*vnciam vnam.*

Olei Amygdalorum dulcium recentiſsimi —— } *vnciam ſemiſſem.*

*Miſce, & coque in diplomate ad iuſtam craßitiem.*

## ALOSA SECVNDA SECVNDVM VSVM.

℞ Sacchari electiſsimi——— *vncias quindecim.*
Gummi Tragacanthi——— *drachmas octo.*
Gummi Prunorum———
Gummi Amygdali——— } *añ. drachmas duas.*
Quatuor ſeminum communium maiorum frigidorum mundatorum & ſubinciſſorum ——— } *añ. drachmã vnam & ſemiſſem.*
Amygda. dulciũ mũdato.
Pinearum mundatarũ —— } *añ. vnciam ſemiſſem.*
Amyli recentis——— *drachmas tres.*
Olei amygdalorũ dulciũ recentis- *drachmas ſex.*

*Diſſoluto Sacchara in aqua infuſionis Glycyrrhizæ ex aqua Roſarũ facta ſecundũ artẽ tenax Aloſa fiat.*

# DE CONDITIS.

## SACHARVM ROSATVM D. MESVES.

℞ Foliorũ Roſarũ rubrarũ recentiũ, & ſemicompletarũ, à quibus vngues reſecti, ſint—*quantitatem quam volueris.*

Vnguis Roſę dicitur folij Roſæ albidior infima pars.

*In loco opportuno extẽde ſuper tabulas ad vmbrã, atq; ad ſuperfluæ humiditatis abſumptionẽ exſicca, deinde in mortario lapideo tere, poſtea adde Sacchari albißimi triplum, miſceque bene, & repone in vaſe vitreato diligenter ex pergamena membrana occluſo, nec omnino adimple vas, tandem Menſibus tribus continuis ſoli exponatur, Conditum ſingulis diebus, & ſæpius idoneo inſtrumento agitando, & miſcendo.*

SAC-

### SACCHARVM VIOLATVM DOMINI MESVES.

CONSERVA Violarũ *eodẽ modo facienda, quo Saccharum roſatum: Sed Violas diutius ſiccare, & cum Sacchato longius inſolare, quàm Roſas oportet.*

### SACCHARVM BVGLOSATVM.

CONSERVA Bugloſæ *fit, vt Saccharum Violatum.*

### SACCHARVM ROSMARINATVM.

*Fit vt Roſatum, quomodo reliquas Conſeruas ex floribus & Sacchato parare: oportet.*

### MEL ROSATVM DOMINI MESVES.

℞. 1.Roſarum rubrarum ——*libras duas.*
Mellis optimi deſpumatĩ—*libras ſex.*
*Coque ad lentum ignẽ opportunè, benèque miſcẽdo.*

1 Roſæ præparentur, vt in Sacchato Roſato dictum eſt.

### MEL VIOLATVM DOMINI MESVES.

*MEL Violatum, Bugloſatum, Roſmarinatum & quodcumque ex floribus fit eodom artificio, quo Roſatum paratur.*

# DE SYRVPIS MIVIS & Rob.

## IVLEP ROSATVM D. MESVES.

℞. Aquæ Roſarum————*libras tres.*
Sacchari clarificati———*libras duas.*

*Fiat ex ijs ſecundum artem Iulep.*

H 2 IVLEP

## IVLEP EX SVCCO VIOLARVM D. MESVES.

℞ Succi violarum————libras tres.
Sacchari clarificati ———libras duas.

*Fac artificioſè Iulep.*

## IVLEP IVIVBINVM DOMINI MESVES.

℞ Iuiubas mag. & pingues---*Centum.*
Aquæ pluuiæ electæ ———*libras quatuor.*
Sacchari albiſsimi ————*libram vnam.*

*Iuiubas in aqua ad dimidias coque, cola diligenter, & ex arte fac Syrupum.*

## SYRVPVS CAPILLORVM VENERIS SIMPLEX ſecundum vſum.

℞ Capillo. Veneris recētiū—*vncias ſex.*
Aquæ Fontis————————*libras quatuor.*
Sacchari albi clarificati —*libras tres.*

*Maceretur Adiantum in aqua viginti quatuor horis, deinde bulliant ſemel, aut iterum, cola poſtea, & addito Sacchraro clarificato, fac ex arte* Syrupum.

## SYRVPVS INFVSIONIS ROSARVM D. MESVES.

℞ Aquæ infuſionis Roſarū--*libras quinque.*
Sacchari clarificati ———*libras quatuor.*

*Ad ignem opportunum fac artificioſè clarificatum Syrupum.*

## SYRVPVS INFVSIONIS VIOLARVM domini Meſues.

℞ Infuſionis Violarum ———*libras quinque.*
Sacchari clarificati·———*libras quatuor.*

*Fac*

*Fac Syrupum clarificatum eodem artificio, quo Roſatum ex infuſionibus fit.*

## SYRVPVS EX INFVSIONE NYMPHEÆ ſecundum vſum.

℞ Infuſionis Nenupharis factę, vt infuſio Roſarũ fit } *libras tres.*
Sacchari clarificati —— *libras duas.*

*Fac ex arte Syrupum.*

*Syrupus ex infuſionibus florum* Mali Perſici *eodem fieri poteſt modo.*

Fiat Syrupus hic ex bina infuſione.

## SYRVPVS EX INFV. FLORVM PAPAVERIS RVBRI.

℞ Infuſionis flo. Papaue. rubri —— *libras tres.*
Sacchari clarificati —— *libras duas.*
*Fac ex arte Syrupum.*

Fiat hic Syrupus ex Quadrupla vel quintupla infuſione.

## SYRVPVS INFVSIONIS ROSARVM SICCARVM ſecundum vſum.

℞ Infuſionis Roſarũ ſiccarũ — *libras quinque.*
Sacchari albi —— *libras quatuor.*

*Fac ex arte Syrupum.*

## SYRVPVS EX ACIDO CITRI domini Meſues.

℞ Succi acidi Citri recentiſsimi — *libras duodecim.*
*In vaſe idoneo, ad opportunum ignem coque vſque ad tertiæ partis conſumptionem, reliquum cola; & ſine reſidere donec clareſcat,*
Huius ſucci clari accipe —— *libras ſeptem.*
Sacchari electiſsimi clarificati —— } *libras quinque.*

*Et ex arte fac Syrupum.*

## SYRVPVS EX ACIDO LIMONVM ſucco ſecundum vſum.

℞ Succi Limonũ maturorũ acidi, per filtrũ deſtillati } *libras ſex.*
Sacchari albiſsimi clarificati-*libras quatuor.*

*Miſce, & fac artificioſè Syrupum.*

*Syrupus ex ſucco* Acreſtę *eodem fit modo, quo Syrupus ex acido Citri.*

*Syrupus ex ſucco Mirthillorum eodem modo fit.*

## SYRVPVS CYTONIORVM SYMPLEX D. ARNALDI.

℞ Succi Cytoniorum per reſidentiam clarificati } 1. *quantum volueris.*
Sacchari———————.2. *quantum ſufficiet.*

*Fac Syrupum ex arte.*

1 } 2 } Sacchari, & clarificati ſucci æqualem eſſe oportere quantitatẽ decretum fuit ad huius Syrupi confecturam.

## SYRVPVS EX SVCCO CVCVRBITÆ D. MESVES.

℞ Succi Cucurbitæ ex arte extracti—*libras quinque.*
Sacchari electi & clarificati———*libras tres.*

*Fac Syrupum ex arte.*

## SYRVPVS EX SVCCO ACETOSÆ D. MESVES.

℞ Succi Acetoſæ depurati—*libras tres.*
Sacchari clarificati———*libras duas.*

*Miſce, & fac ex arte Syrupum.*

## SYRVPVS EX SVCCO BVGLOSSI VSVALIS.

℞ Succi Bugloſsi depurati——*libras tres.*
Sacchari ——————*libras duas.*

*Miſce, & fac Syrupum.*

Syrupus

## SYRVPVS EX SVCCO ENDIVIÆ ſecundum vſum.

℞ Succi Endiuiæ depurati—*libras octo.*
Sacchari clarificati——*libras quinq. et ſemiſſē.*

*Fac* Syrupum.

*Syrupus ex ſucco* Borraginis *eodem modo ſit.*
*Syrupus ex ſucco* Lupulorum *ſimiliter ſiat.*
*Syrupus ex ſucco* Fumariæ *identidem parandus.*

## SYRVPVS EX SVCCO SCABIOSÆ VSVALIS.

℞ Succi Scabioſæ depurati—*libras ſex.*
Sacchari clarificati——*libras quatuor.*

Mi*ſce, & fac ex arte* Syrupum.

## SYRVPVS EX VIPERINA SECVNDVM VSVM.

℞ Radicum Viperinæ mundarum—*libram vnam.*
Aquæ Fontis——*libras nouem.*
*Coque ad ſex librarum conſumptionem, cola exprimendo, & adde.*
Succi foliorum Viperinæ depurati—*libras tres.*
Sacchari——*libras quatuor.*

Mi*ſce, & fac* Syrupum *ex arte.*

## SYRVPVS EX SVCCO CICHORII ſecundum vſum.

℞ Succi Radi. & folio. cichorij depu.—*libras octo.*
Sacchari clarificati——*libras quinque & ſemiſſem*

Mi*ſce, & fac* Syrupum *perfectè coctum.*

## SYRVPVS EX TVSSILAGINE SECVNDVM VSVM.

℞ Succi foliorũ Tuſsilaginis depu. } *añ. libras ſex.*
Sacchari clarificati.—— }
*Fac ex arte* Syrupum.

SYRVPVS EX SVCCO PLANTAGINIS VSVALIS.

℞ Succi Plãtaginis depurati—*libras quatuor.*
Sacchari clarificati ———*libras tres.*

*Miſce, & fac* Syrupum.

SYRVPVS EX CORTICIBVS CITRI D. MESVES.

℞ Corticum Citri recentiũ—*libram vnam*
Aquæ Fontanæ puræ——*libras quinque.*

*Ad conſumptionem duarum partium (hoc eſt quadra ginta vnciarum) coque, & ex* libra vna *electi* Saccha *ri fac ſecundum artem* Syrupum, *conditum.*

Moſchi————*granis quatuor.*

SYRVPVS ACETOSVS SIMPLEX D. MESVES.

℞ Aceti ex albo vino, electi—*libras tres.*
Sacchari clarificati ex libris quatuor Aquę Fontanæ, puræ ——— } *libras quinque.*

*Miſce, & fac ſecundum artis regulas* Syrupum.

OXISACCHARA SIMPLEX DOMINI
Arnaldi de Vilanoua.

℞ Sacchari albi ———— *libram vnam.*
Succci Granatorum acetoſorũ—*vncias octo.*
Aceti—————*vncias quatuor.*

Miſce, *& fac artificioſè* Syrupum.

OXIMEL SIMPLEX D. MESVES.

℞ Aceti —————*partem vnam.*
Mellis—————*partes duas.*
Aquæ —————*partes quatuor.*

Mel

*Mel & Aqua ſimul coquantur, ſemper deſpumando diligenter, donec nihil ſpumæ ſupereſſe videatur tandem adde Acetum, denuo etiam ſi quid ſpumæ ſuperſit, deſpumando, & fac Syrupum.*

SYRVPVS DE PAPAVERE SIMPLEX D. MESVES.

℞. 1. Capitum Papaueris albi }
2. Capitum Papaueris nigri } *añ. drachmas ſexaginta*
Aquæ pluuiæ —— *libras quatuor.*
*Coque vſquequo remaneat aquæ libra vna & ſemis tantum, quam diligenter cola, colaturæ adde.*
Sachari }
Penidiarum } *añ. * vncias ſex.*
*Ex arte fac Syrupum.*

1 2 Capita Papaueris eli ge, vt in Diacodyo.

* Quamuis multi codices. Meſues impreſſi & Manuſcripti hic habeant. añ. drachmas quatuor, alij. añ. vncias quatuor, nobis tamen iudicio adhibito, legi oportere. añ. vncias ſex, decretum fuit.

SYRVPVS EX PAPAVERE COMPOSITVS D. MESVES.

℞. Papaueris albi }
1 Papaueris nigri } *añ. drach. quinquaginta*
Capillorum Veneris —— *drachmas quindecim.*
Glycyrrhizæ —— *drachmas quinque.*
Iuiubas —— *triginta.*
Seminis Lactucę —— *drachmas quadraginta*
2 Seminis Maluæ }
3 Seminis Cytoniorum } *añ drachmas ſex.*
*Coque in libris quatuor aquæ vſque ad duarum librarum conſumptionem, reliquas duas libras cola diligenter, & aſſumptis,*
Sacchari }
Penidiarum } *añ. vncijs octo.*
*Fac ſecundum artem Syrupum.*

1 Etſi quidam codices rubrum hic Papauer aſſumant: nos nigrum accipi oportere, iudicamus.

2 3 Maluæ & Cytonij ſemina in ligatura artificioſè decocto appēde, vt habeas decoctum minus viſcidum, & lētum, quod obſeruandum cenſemus in omnibus ſeminibus, muccaginē reddētibus decoquēdis: niſi aliud præceperit Medicus.

SYRVPVS DINARII HOC EST DE BYZANTIIS
ſimplex ſine Aceto domini Meſues.

℞. 1. Succi Endiuiæ }
2 Succi Apij } *añ. libras duas.*

1 Sume Scariolā officinæ, quę eſt Intybus hortenſis.
2 Apiū accipe paluſtre.

Succi

Succi Lupuli——————
Succi Borraginis, vel Bu- } *an̄. libram vnam.*
glosſi——————

*Coque ſuccos deſpumando vſque ad libras quatuor, quibus colatis adde,*

Sacchari electi——————*libras duas et ſemiſſem.*

*Et fac ex artis præceptis* Syrupum.

SYRVPVS Dinarij hoc eſt de Byzātijs ſimplex cum Aceto domini Meſues. *Eodem modo, & ex ijſdē paratur ſimplicibus additis* Aceti *libris duabus.*

## SYRVPVS DINARII HOC EST DE BYZANTIIS compoſitus cum Aceto domini Meſues.

℞. 1. Succi Endiuiæ—————— } *an̄. libras duas.*
Succi Apij——————

1 Scariolam hic ſume, vt ſupra.

Succi Lupuli——————
Succi Borraginis vel Bu- } *an̄. libram vnam.*
glosſi——————

*In ſuccis leui feruore depuratis, & claris redditis ex artis legibus coque donec quatuor libræ remaneant.*

Florum Roſarum——————*vncias duas.*
Glycyrrhizæ——————*vnciam ſemiſſem.*
Spicæ Nardi——————*drachmas duas.*

Seminis Aniſi——————
Seminis Fœniculi } *an̄. drachmas tres.*
Seminis Apij——————

*Et rurſus cola, dictiſque quatuor libris colatis adde,*

Aceti electi——————*libras duas.*
Sacchari optimi——————*libras duas & ſemiſſē.*

*Fac Syrupum ſecundum artem.*

SYRVPVS de Byzātijs compoſitus ſine Aceto *eodem modo, & ex ijſdem ſimplicibus paratur, Aceto detracto.*

SYRV-

## SYRVPVS ACETOSVS DE RADICIBVS domini Meſues.

℞ Radicum Fœniculi
1 Radicum Endiuiæ
Radicum Apij — *añ. vncias tres*

Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Seminis Apij — *añ. drachmas octo.*
Seminis Endiuiæ — *vnciam ſemiſſem.*
Aquæ Fontanæ puræ — *libras decem.*

*In quibus ſuperiora ex arte ad dimidias coque, reliquas libras quinque exprimendo cola, quibus adde,*
Sacchari — *libras tres.*
*Clarificentur, & aſſumptis* Aceti — *libris duabus.*
*Fiat Syrupus.*

1 Endiuiam hic ſuſpicamur dici Intybum ſiue ſatiuum, ſiue ſylueſtre Cichoriũ, eiuſque radices ſumi hic volumus.

## OXISACCHARA COMPOSITA ſecundum vſum.

℞ Radicum Fœniculi
Radicum Petroſelini
Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi
Radicum Graminis
Radicum Cichorij — *añ. vncias tres*

1 Foliorũ Endiuię hortẽſis
Foliorum Violariæ
Linguæ Ceruinæ
Hepaticæ — *añ. vncias duas.*

Polytrici
Aſplenij
Capillorum Veneris
Florum Violarum — *añ. vnciam vnam.*

1 Intellige Scariolam officinæ.

1 Semi-

1 Seminis Melonis
2 Seminis Cucurbitæ
3 Seminis Citrulli
4 Seminis Cucumeris
Seminis Scariolæ
Seminis Lactucæ
Seminis Portulacæ
Seminis Ruſci
Seminis Aſparagi — *an. vnciam ſemiſſem.*
Succi Granatorũ acetoſorum — *libras decem.*
Aceti ex albo vino electiſsimi — *libras duas.*
Aquæ Fontanæ — *libras decem.*

1, 2, 3, 4 Hæc ſemina cũ cortice ponderentur conquaſſata vt ai macerentur.

*Infunde ſuperiora omnia viginti quatuor horis in liquoribus commiſtis, deinde coque ad medias, reliquum dimidium exprimendo cola, & ſine reſidere, tãdemque aſſumpta* Sacchari albiſsimi *opportuna quãtitate, fac Syrupum,*

Satis eſſe poterũt libræ octo Sacchari ad huius Syrupi effectionem.

## SYRVPVS DE QVINQVE RADICIBVS.

℞. 1. Radicum Apij
Fœniculi
2 Petroſelini
Ruſci
Aſparagi — *an. vncias quatuor.*
Aquæ puræ Fontanæ — *libras duodecim.*

*Coque ad dimidias, exprimendo cola, & ex libris quatuor* Sacchari, *fiat artificioſé Syrupus.*

1 Apium paluſtre intellige hic.

2 Petroſelinum vulgare hic ſume, hoc eſt Apium ſatiuum, vulgo Iuliuert dictum.

## SYRVPVS DE DVABVS RADICIBVS.

℞. Radicum Apij hortẽſis
Radicum Fœniculi — *an. vncias quatuor.*
Aquæ Fontanæ puræ — *libras ſex.*
*Coque ad medias ad idoneum ignem, & additis,*
Sacchari clarificati — *libris duabus.*
*Fac ex arte Syrupũ, decocto, prius exprimendo, colato.*

SYRV-

## SYRVPVS DE ABSINTHIO domini Meſues.

℞ Abſinthij Romani——*libram ſemiſſem.*
Foliorum Roſarum——*vncias duas.*
Spicæ——*drachmas tres.*
Vini fului veteris, optimi, & odorati
Succi Cytoniorum——} *ān. libras duas & ſemiſſem.*
*Macerētur viginti quatuor horis in vaſe opportunō, poſtea coque ad dimidias, deinde cola, colaturæ adde,*
Mellis——*libras duas.*

*Fac Syrupum ſecundum artem.*

Poteſt ex Sacchāro parari illius libris duabus aſſumptis, relicto Melle.

## SYRVPVS EX MENTHA D. MESVES, QVI DICITVR ex inuentione noſtra, & Excellentior.

℞ Succi Cytoniorū muzorū
Succi Cytoniorū dulciū
Succi Granatorū acetoſo.
Succi Granatorum dulciū
Succi Granatorū muzorū} *ān. libram vnam & ſemiſſem.*
*Macerentur in his ſuccis commiſtis viginti quatuor horis in vaſe opportuno,*
1 Menthæ ſiccæ——*vnciæ ſex.*
2 Foliorum Roſarum——*vnciæ duæ.*
*Poſt coque ſenſim vſque ad dimidij conſumptionē, reliquum cola, colaturæ adde,*
Mellis vel Sacchari——*libras duas.*

*Et fac Syrupum, quem ex arte* ✠ Gallia Moſchata, *artificioſè aromatiza.*

1 Menthæ ſiccæ libra vnā & ſemiſſem, antiquæ Concordiæ, & Meſues multa exemplaria habēt, verū cū ex tāta Mēthæ quātitate, Syrupū, ſuccorum quantitate non immutata, parari nō poſſe, curioſa nos experientia docuerit, eiuſdē fide, nec leuib⁹ coniecturis adiuti, librā vnā detraximus, & librā ſemiſſem Mēthæ tantum aſſumi, voluimus.

2 Roſæ ſint ſiccę, & rubræ.

✠ Galliam Moſchatam, Meſues intellige, cuius ſume drachmam ſemiſſem, ad aromatizationem huius Syrupi.

## SYRVPVS DE SVCCO FVMITERRÆ MINOR domini Meſues.

℞ Myrabolanorum Citrinorum——*vncias duas.*

I Florum

Florum Violarum ⎫
Cuſcutæ ⎬ *ān. vnciam vnam.*
Abſinthij ⎭
Aquæ ——— *libras ſeptem.*
*Coque vſque ad tertias, cola, mox colaturæ adde,*
Succi Fumiterrę cocti & depurati ⎫
Sacchari albiſsimi ⎭ *ān. libras duas.*

*Miſce & fac Syrupum ſecundum artem.*

## SYRVPVS DE FVMOTERRÆ MAIOR D. MESVES.

℞ Myrabolanorũ Citrinorũ ⎫
Myrabolanorum Chebu. ⎭ *ān. drachmas viginti.*

Florum Borraginis ⎫
Florum Bugloſsi ⎪
Florum Violarum ⎬ *ān. vnciam vnam.*
Abſinthij ⎪
Cuſcutæ ⎭

Glycyrrhizæ ⎫
Roſarum ⎭ *ān. vnciam ſemiſſem.*

Epithymi ⎫
Polypodij ⎭ *ān. drachmas ſeptem.*

Prunorum enucleatorum ⎫
Vuarum paſſarũ enuclea. ⎭ *ān. libram ſemiſſem.*

Thamarindorum ⎫
Pulpæ Caſsiæ fiſtulæ ⎭ *ān. vncias duas.*
Aquæ ——— *libras decem.*
*Coque ex artis regulis vſque ad ſeptem librarum conſumptionem deinde cola, colaturæ adde,*
Succi Fumiterrę depurati ⎫
Sacchari albiſsimi ⎭ *ān. libras tres.*

*Et fac ex arte Syrupum.*

SYRV-

## SYRVPVS DE CICHORIO D. GVILLERMI PLACENtini de Saliceto in tractatu de Medicinis capite. 13.

℞ Foliorum Cichorij ——— *manipulum vnum.*
Foliorum Borraginis
Lactucæ
Scariolæ
Linguæ Bouis
Acetoſæ
1 Bactiſoſeræ ——— } *añ. manipulum ſemis.*
Rhabarbari ——— *drachmas duas.*
Aquæ Fontis ——— *libras tres.*

*Secundũ artẽ omnia parata, in aqua dicta coquantur ſenſim, (ꝑter Rhabarbarũ) ad tertiæ partis conſumptionẽ, reliquũ cola diligẽtiſsime, in parte verò colaturæ infunde duodecim horis Rhabarbarũ, mox cola, colaturã verò hanc nouiſsimã ſuperiori adiunge tẽpeſtiuè, dũ ex hac & libris duabus* Sacchari albiſsimi *aſſumptis, facis ex arte Syrupum; Rhabarbarum tamen iam colatum, & maceratum vt dictum eſt, denuo in ligatura, dum Syrupus fit, appendatur frequenter exprimendo digitis ligaturam, vt omnem Rhabarbari vim in Syrupum transfundamus.*

1 Exemplar Guillermi Placentini de Saliceto impreſſum Venetijs anno. 1502. per Bonetum Locatellũ, ita habet: Bactiſoxeræ, & eſt herba cuius flos cęleſtis eſt, & eius ſemẽ eſt, vt ſemẽ Scariolæ agreſtis, ſed nõ eſt albũ neq; nigrum: & naſcitur in bladis vt plurimum, & credo quod ſit Scariola agreſtis, qua deſcriptione num clariorẽ rẽ ipſam auctor reddiderit; dubitamus: Nam ſemen Bactiſoxeræ primò ſimile fecit, ſemini Sceriolæ agreſtis, mox dixit Bactiſoxeram eſſe Sceriolam agreſtẽ, quæ vix quadrare videtur Inuenimus apud probatos rei herbariæ Scriptores, Battiſeculam, & Baptiſeculam, ab Italis *Fior campeſe* dici, huncque ſuſpicamur Cyanum eſſe, quem ex noſtris Blattariã auſi ſunt nominare quidã; hũc aũt autorem in Italia ſcripſiſſe eſt certiſſimũ, cum opus ſuum Bononiæ inchoauerit, Veronæ perfecerit, ex quibus probabile eſt, Italicam vulgaremq; appellationem ipſum, Latinã facere voluiſſe, quod frequentiſſimum his auctoribus eſſe nouimus. Quare Battiſoſeram, Cyanum eſſe ſuſpicamur.

## ℞ SYRVPVS DE EPITHYMO DOMINI MESVES.

℞ Epithymi boni Cretenſis —— *drachmas viginti.*
1 Myrabolanorũ Citrinorũ
2 Myrabolanorum Indorũ } *añ. drach. quindecim.*

Cuſcutæ
Fumariæ ——— } *añ. drachmas decem.*

1 2 3 4 Myrabolanorum ingredientiũ huius Syrupi compoſitionẽ, intellige cortices ſumendos, quod perpetuũ eſſe volumus, in omnibus cõpoſitis.

Thymi
Buglofsi
Calaminthę
3 Myrabolanorũ Bellirico.
4 Myrabolanorũ Emblico. } añ. *drachmas ſex.*
Glycyrrhizę
Polypodij
Agarici
Stœchados

Roſarum
Fœniculi } ãn. *drachmas duas & ſemiſſem.*
Aniſi

Pruna — *viginti.*
Vuarum paſſarũ enuclea. — *vncias quatuor.*
Thamarindorum — *vncias duas et ſemiſſẽ.*
Sacchari — *libras tres.*
Sapę — *libras duas.*
Aquę — *quantum ſufficiet.*

*Ad vnguem artis præceptis ſeruatis fac* Syrupum.

## SYRVPVS DOMINI AVGVSTINI NIPHI Medici Sueſſani.

℞ Myrabolanorũ Citrinorũ
Myrabolanorũ Bellirico.
Myrabolanorũ Indorum
Myrabolanorum Chebu.
Myrabolanorũ Emblico. } ãn. *vnciam vnam.*
Rhabarbari
Senę
Iuę Artheticæ
Epithymi

Polypodij Quercini — *libram vnam.*
Fumarię
Lupulorum } ãn. *libram ſemiſſem.*
Vuarum paſſarum — *vncias tres.*

Glycy-

Glycyrrhizæ } añ. vnciam ſemiſſem.
Florum Borraginis
Florum Buglosſi
Florum Violarum
Aquæ Fontanæ — quantum ſufficiet.
*Fac ex arte decoctum,*
Cuius colati accipe — *libras duas.*
Succi Lupulorum depurati } *añ libram vnam.*
Succi Fumariæ depurati
Sacchari — *quantum ſufficiet.*
*Fac ex arte Syrupum, quem artificioſè, & opportunè aromatiza, ex*
Moſchi } *añ. ſcrupulo vno.*
Ambræ
*Et vſui ſerua.*

## SYRVPVS EX EVPATORIO DOMINI MESVES.

℞ Radicum Fœniculi } *añ. vncias duas.*
Radicum Apij
1 Radicum Endiuiæ
Glycyrrhizę } *añ. drachmas ſex.*
Schœnanthi
Cuſcutæ
Abſinthij
Roſarum
Capilli veneris } *añ. drachmas quinque.*
2 Bedeguar
3 Suchaha
Florum Buglosſi
Aniſi
Fœniculi
4 Eupatorij
5 Raued } *añ. drachmas tres.*
Maſtiches
Spicæ } *añ drachmas duas.*
Aſari
Folij

1 Sume Cichorij radices hic.

2, 3 Bedeguar, Spina alba Dioſcoridis eſſe videtur: Suchaha vero eiuſdem Dioſcoridis, Aegyptia vel Arabica Spina, quas plantas dum ignoramus pro vtraque ſume Carlinę radices nobis non minus notas, quam frequentes.

4 Eupatorium Meſues Ageratum Dioſcoridis eſſe, iudicatum à nobis antea fuit.

5 Raued, Rhabarbarum eſt.

Aquæ Fontanæ———— *libras octo.*

*Fac ſecundum artem decoctum ad lentum ignem, ſenſimque coquendo vſque ad tertiæ partis conſumptionem, reliquas duas partes exprime diligentiſsimè colando, expreſsioni adde.*

Succi Apij———— }
Succi Endiuiæ———— } *an̄. libras duas.*
Sacchari———— *libras quatuor.*

*Hæc artificioſè coquantur vſque ad exactam Syrupi formam.*

Rhabarbarū & Spicam in prioris decocti ſufficienti quantitate duodecim horis ex arte infūde poſtea exprimendò cola, colaturā vero hāc iā fere abſoluto Syrupo admiſce, reſiduū aūt eiuſdē ligaturę in eadē miſtura appēde digitis ſæpius exprimēdo, vt omnē remittāt vim in Syrupū quę ligaturę cōtinēt.

## SYRVPVS DE ENDIVIA COMPOSITVS ſecundum vſum.

℞ Radicum Fœniculi———— }
Radicum Graminis———— } *an̄. vncias decem.*

Linguæ Ceruinæ———— }
Hepaticæ }
Lentiginis Aquæ }
Capillorum Veneris———— } *an̄. vncias ſex.*
Seminis Apij———— *vncias duas.*
Glycyrrhizæ———— *vncias tres.*
Florum Violarum———— }
Florum Bugloſsi }
Seminis Melonum }
Seminis Cucurbitæ }
Seminis Cucumeris }
Seminis Citrulli———— } *an̄. vnciam vnam.*

*Coquantur ex arte omnia in libris ſexdecim aquæ Fontanæ ad dimidias, tandem cola, colaturæ adde.*

Succi Endiuiæ depurati———— }
Succi Cichorij depurati———— } *an̄. libras duas.*
Succi Pomorū redolentiū———— }
Succi Granatorū acetoſo.———— } *an̄. vncias quatuor.*
Aceti albi———— *vncias quinque.*

Sacchari clarificati——— *libras octo*
*Et fac artificioſè Syrupum, quem opportunè aromatiza* Santalorum Rubrorum, & Citrinorũ, *añ vncia vna puluerizatorum, & in ligatura repoſitorum, vt ars præcipit.*

## SYRVPVS DE STOECHADE NON CONDITVS domini Meſues.

℞. 1. Florum Stœchadis———*drachmas triginta.*
Thymi ———
Calaminthæ
Origani ——— } *añ. drachmas decem.*
Aniſi ———
Pyrethri ——— } *añ. drachmas ſeptem.*
Piperis longi ———*drachmas tres.*
Gingiberis———*drachmas duas.*
Vuarum paſſarũ enucleat.—*vncias quatuor.*
Aquæ ———*quantum ſufficiet.*
Mellis———*libras quinque.*

*Fiat ex arte Syrupus.*

Hunc Syrupum ex herbis non multo antea ſiccatis parari, volumus.

1 Arabicam ſume Stœchadem.

## SYRVPVS DE STOECHADE CONDITVS domini Meſues.

*DVM EX SVPERIORIBVS artificioſè Syrupũ paras, ſequentia in ligatura opportunè appende,*
℞ Cinnamomi ———
Calami aromatici
Spicæ
Croci
Gingiberis
Piperis nigri
Piperis longi——— } *añ drachmam vnã & ſemiſſem.*
*Et fac Syrupum.*

## SYRVPVS DE IVIVBIS COMPOSITVS domini Meſues.

℞ Iuiubas — *ſexaginta.*
Violarum —
Seminis Maluæ — } *añ. drachmas quinque,*
Capillorum veneris — *vnciam vnam.*
Hordei mundi —
Glycyrrhizæ — } *añ. drachmas octo.*
Seminis Cytoniorum —
Seminis Papaueris albi
Seminis Melonum
Seminis Lactucæ
Gummi Tragacanthi — } *añ. drachmas tres.*
Aquæ Fontanæ — *libras quatuor.*
Sacchari — *libras duas.*

*Ex arte facta decoctione, mox ex eadem colata, addito Saccharo, fac Syrupum.*

Tragacanthum, & Semina quæ in muccaginẽ ſoluuntur, eo modo coque, quo antea diximus.

## SYRVPVS DE HYSSOPO DOMINI MESVES.

℞ Hyſſopi ſicci —
1 Radicum Apij
Radicum Fœniculi
Glycyrrhizæ — } *añ. drachmas decem.*
Hordei mundi — *vnciam ſemiſſem.*
Seminis Maluæ —
Seminis Cytoniorum
Gummi Tragacanthi — } *añ. drachmas tres.*
Capilli veneris — *drachmas ſex.*
Iuiubarum —
Sebeſten — } *añ. numero triginta.*
Vuarum paſſarũ enuclea. — *drachmas duodecim.*
Ficuum ſiccarũ pinguiũ —
Dactylorum pinguium — } *añ numero decem.*
Penidiarum albarum — *libras duas.*

1 Apium paluſtre ſume.

De ſeminibus, quæ in mucilaginem reſoluuntur antea diximus, nũc de Gũmi Tragacanthi, & alijs ſimilibus, id ipſum volumus pręceptum in ligatura videlicet coqui debere.

Aquæ

Aquæ——————————*libras octo.*

*Artis regulis, ſeruatis decoquēda coque ad quinque librarum aquæ abſumptionem, poſtea diligentiſſimè cola, ex colatura, deinde, et Penidijs tempeſtiuè aſſumptis, fac ſecundum artem Syrupum.*

## SYRVPVS EX THYMO DOMINI MESVES.

℞ Summitatum Thymi——*vncias duas.*
Calaminthæ————}
Menthæ ſiccæ————} *an̄. drachmas quinque.*

Seminis Aniſi————}
Seminis Fœniculi}
Seminis Apij}
Seminis Dauci————} *an̄. drachmas quatuor.*

Vuarum paſſarū enuclea.—*vncias quatuor & ſemiſſē.*
Mellis deſpumati————*libras duas.*
Aquæ——————*quantum ſufficiet.*

*Et fac Syrupum ex arte, drachmis duabus* Galliæ Moſchatę Meſues *aromatizatum.*

## SYRVPVS EX MARRVBIO DOMINI MESVES.

℞ Marrubij——————*vncias duas.*
Capilli veneris————}
Hyſſopi}
Glycyrrhizæ————} *an̄, vnciam vnam.*

Calaminthæ————}
Aniſi}
Radicum Apij}
Radicum Fœniculi———} *an̄. drachmas quinque.*

Seminis Maluæ————}
Seminis Fœnugręci}
Radicis Iridis————} *an̄. drachmas tres.*

Seminis

Seminis Lini ——— } añ. drachmas duas.
Seminis Cytoniorum —— }
Vuarum paſſarũ enuclea.—*vncias quinque*
Ficuum ſiccarũ pinguiũ —*numero quindecim.*
Penidiarum ——— *libram vnam*
Mellis electi et deſpumati—*libras duas.*
Aquæ ——— *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Syrupum.*

## SYRVPVS EX CALAMINTHA D. MESVES.

℞ Calaminthæ domeſticę— } *añ. vncias duas.*
Calaminthæ ſylueſtris— }

1 Cheyſim ——— }
2 Dauci } *añ. drachmas quinque.*
Schœnanthi——— }
Vuarum paſſarũ enuclea.—*libram ſemiſſem.*
Mellis——— *libras duas.*
Aquæ ——— *quantum ſufficiet.*

*Ex arte fac Syrupum.*

1 Cheyſim, Liguſticũ eſſe alias diximus, cu ius nunc ſemẽ ſume.

2 Dauci ſemen accipe.

## SYRVPVS REGIS SABOR EX POMIS DOMINI Meſues in ſua practica, capite de Mania & Melancholia ſanguinea.

℞ 1. Succi Buglosſi domeſtici } *añ. libras duas.*
2 Succi Buglosſi ſylueſtris- }
3 Succi Pomorum dulciũ— } *libras tres.*
redolentium——— }
Foliculorum Senæ——— *vncias quatuor.*
Croci ——— *drachmas duas.*
Sacchari albiſsimi——— *libras tres.*

*Sena opportunè trita in ſuccis viginti quatuor horis macerabis, poſtea ſemel, vel iterum ferueſacies, mox exprimendo colabis, & Syrupum ex arte parabis.*

1 Bugloſſum domeſticum, vulgarem Borraginem hortenſem eſſe, exiſtimamus,

2 Sylueſtre Bugloſſum Linguã Bouis, noſtris llengua bouina, dictam eſſe, iudicamus.

3 Succum exprime ad ad huius Syrupi compoſitionẽ ex Pomis, a noſtris dictis, de paradis.

SYRV-

## SYRVPVS MYRTINVS COMPOSITVS ſecundum vſum.

℞ Myrtillorum —— *drachmas viginti.*
Roſarum ſiccarum
Santali Citrei
Balauſtiarum
Sumac
Berberis —— *ān. drach. quindecim.*
Meſpilorũ acerborũ ſicco. —*drach quinquaginta.*
Aquæ pluuiæ —— *libras octo.*
*Bulliāt ex arte ad dimidias, & cola, colāturæ adde.*
Succi Granatorum acidodulcium
Succi Cytoniorum —— *ān. vncias ſex.*
Sacchari clarificati —— *libras tres.*
*Et fac artificioſè Syrupum.*

## SYRVPVS DE IVA D. NICOLAI FLORENTINI, TRActatu. 3. ſermone. 3. cap. 6. in quo de curatione Paralyſis agit.

℞ 1. Iuæ —— *manipulos duos.*
Saluiæ
2 Maioranæ
Roris marini
Polij
Origani
Calaminthæ
Mentaſtri
Pulegij
Rutæ domeſticæ
Rutæ ſylueſtris
Hyſſopi
Betonicæ
Thymi
Serpilli —— *ān. manipulum vnum.*

Fiat hic Syrupus ex herbis ſiccis, non tamen multo antea exſiccatis: ſed recenter & denuò gratia huius Syrupi.

1 Iuam, artheticam intellige, Dioſcoridi, et alijs, Chamæpitym nominatam.

2 Maiorana, nr̃is Moradux, Dioſcoridi Sāpſuchum dicitur.

Radicis

Radicis Acori
Ariſtolochiæ longæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Peucedani
3 Vallerianæ
Bryoniæ
Gentianæ
Dictamni — *ān. vnciam ſemiſſem.*

3 Valleriana eſt Phu.

Radicis Fœniculi
Radicis Petroſelini
Radicis Apij
Radicis Aſparagi
Radicis Ruſci — *ān. vnciam vnam.*

Stœchadis Arabicæ
Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Seminis Liguſtici
Seminis Ammios
Seminis Carui
4 Seminis Sileris montani — *ān. drachmas tres.*

4 Siler montanum, Seſeli eſt, de quo alias diximus.

Pyrethri — *vnciam vnā et ſemiſſē.*
Vuarum paſſa mundarū — *vncias duas.*
Aquæ — *quantum ſufficiet.*
Mellis — ✠ *quantum ſufficiet.*
*Coctis opportunè coquendis, ex decocto colato & Melle fac artificioſè Syrupum, quē dū paras, tempeſtiuè ſequentibus in ligatura concluſis, aromatiza,*

✠ Decretum eſt Mellis aſſumendas eſſe libras quinque.

Cinnamomi
Nucis Moſchatæ
Cubebarum — *ān. vncia ſemiſſe.*

SYRVPVS DE ARTHEMISIA D. NICOLAI FLORENtini ſer. 6. tracta 3 cap. 22. de retētione mēſtruorū prętcr naturā.

℞ Arthemiſiæ — *manipulos duos,*
Pulegij

Fiat ex ſiccis herbis vt Syrupus de Iua.

Pulegij
Calaminthæ
Mentaſtri
Origani
Meliſſæ
Perſicariæ
Sabinæ
Sampſuchi
Capillorum veneris
Chamædryos
1 Perforatæ
Chamæpityos
Matricariæ cum flore
Centaurij minoris
Rutæ
Betonicæ

*ān. manipulum vnum.*

Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Petroſelini
Radicum Aſparagi
Radicum Ruſci
Radicum Saxifragiæ
Radicum Enulæ
Dictamni
Cyperi
Rubeæ tinctorum
Iridis
Peonię

*ān. vnciam vnam.*

Seminis Iuniperi
Seminis Leuiſtici
Seminis Petroſelini
Seminis Apij
Seminis Aniſi
Seminis Nigellæ
Carpobalſami

1 **Hypericon eſt.**

Coſti
Radicum Aſari
Pyrethri
Caſsiæ ligneæ aromaticę
Cardamomi
Calami aromatici
Phu ——— } ān. vnciam ſemiſſem.
Aquæ——— quantum ſufficiet.
*Infundantur in ſufficienti quantitate aquæ dicta omnia ex arte parata viginti quatuor horis, poſtea coquantur vſque ad dimidiam aquæ conſumptionem, quando ab igne amoue, et tepeſcere ſine, túncque frica manibus, & fortiter exprimendo cola, colaturæ adde,*
Mellis vel Sacchari ✠ — *quantitatem ſufficientem.*
*Et fac Syrupum ex arte.*

✠ Mellis vel Sacchari ſint librę quinque.

## SYRVPVS EX TESTVDINIBVS SECVNDVM VSVM.

℞ Carnis Teſtudinum nemoraliū lotę & mūdæ— } *vncias octo.*
Hordei mundi ——— *vncias quatuor.*
1 Cyperi ſatiui Valentini— *vncias duas.*
Vuarum paſſa. mundarū-
Ficuum pinguium
Prunorum
Dactylorum
Ziziphorum
Fructus Oxyacanthæ
Glycyrrhizæ ——— } *ān. drachmas ſex.*
Seminis Papaueris albi—
Seminis Lactucæ
Seminis Portulacæ
Seminis Cucurbitæ
Seminis Cucumeris
Seminis Citrulli
Seminis Melonum——— } *ān. vnciam ſemiſſem.*

1 Cyperus hic, noſtris dicitur Xufla, & ex Valentia aduehitur.

Adianti

Adianti
Roſarum
Violarum
Borraginis
Bugloſsi
Nimpheæ — *ān. drachmas tres.*
Aquæ — *libras duodecim.*
*Coque ad lentum ignem ſenſim, & artificioſè vſque ad ſex librarum conſumptionem, reliquas cola, & reſidere ſine, et deinde ex* Sacchari electi *libris quatuor, fac Syrupum.*

SYRVPVS DE MVCILAGINIBVS D. MATTHÆI DE Gradi, in Commentarijs ſuper nonum Rhaſis ad Regem Almançorem, capite de ardore vrinæ.

℞ Seminis Altheæ
Seminis Maluarum
Seminis Cytoniorum — *ān. vnciam vnam.*
Gummi Tragacanthi — *drachmas tres.*
Decocti Maluarum
Seminis Papaueris albi
& granorũ Alchechẽgi — *quantum ſufficiet.*
*In decocto colato, & tepente ſuperiora infunde opporno tempore, donec ſemina muccaginem abũdè reddiderint, quæ exprimenda artificioſè eſt.*

℞ Prædictæ mucilaginis — *vnciam vnã et ſemiſſẽ*
Prædicti decocti — *vncias tres.*
Sacchari albiſsimi — *vncias duas.*
M*iſce, & leuiter coque dum exactè miſceantur, ad vnam doſim.*

Hic Syrupus poſtulante Medico recentèr parandus, non autem reponendus, vel ad menſes ſeruãdus.

Similiter poſtulante Medico, muccago Pſyllij addi põt, vel alia quæcumque eodem artificio, & ex eodem decocto parata.

SYRVPVS EX GLYCYRRHIZA. D. MESVES.

℞ Glycyrrhizæ — *vncias duas.*
Capilli Veneris — *vnciam vnam.*
Hyſſopi ſicci — *vnciam ſemiſſem.*

Aquæ——————*libras quatuor.*

*Macerentur tria priora artificioſè in aqua viginti quatuor horis, deinde coque ad dimidias, deinceps cola, colaturæ adde,*

Mellis electi & deſpumati }
Penidiarum } *ãn. vncias octo.*
Sacchari———— }

1 Aquæ Roſarum————*vncias ſex.*

*Facque ex arte Syrupum.*

1 Aquã Roſarum hic intellige ſtillatitiam.

## OXIMEL COMPOSITVM SIVE DIVRETICVM. ſecundum vſum.

℞ Radicum Apij———— }
Radicum Fœniculi }
Radicum Ruſci }
Radicum Petroſclini vulgaris } *ãn. vncias duas.*
Radicum Aſparagi }
Radicum Graminis——— }

Radicum Raphani acuti—*vnciã vnã et ſemiſſem.*
Aceti albi antiqui————*libras decem.*
Aquæ Fontis——————*libras viginti.*

*Radices cõtuſas leuiter, aqua Acetóque miſtis, viginti quatuor horis macerabis, quibus exactis, ad tertiæ partis abſumptionem ſenſim coques, deinde colabis, ex colatura verò et,*

Mellis deſpumati & electi——*libris decem.*

*Syrupum ex arte parabis.*

## OXIMEL SCILLITICVM DOMINI MESVES.

℞ Mellis deſpumati————*libras quatuor.*
Aceti Scillitici——————*libras duas*

*Coque hæc ſimul deſpumando, donec fiat Syrupus.*

MEL

## MEL ROSATVM COLATVM DOMINI MESVES.

℞ Succi Roſarum rubrarũ— } ãn. *partes æquales.*
Mellis deſpumati & electi }

*Paretur vt ſubſequens Rhodomel Nicolai.*

## RHODOMEL NICOLAI, ET STEPHANI ARNALDI.

℞ Succi Roſarum ———— *libram vnam.*
Mellis deſpumati ———— *libras quatuor.*

*Ad Syrupi conſiſtentiam coque.*

## MIVA CYTONIORVM SIMPLEX D. MESVES.

℞ Succi Cytoniorum ——— *libras viginti.*
*Coque ſuccum hunc per ſe, frequentiſsimè deſpumãdo, vſque ad decem librarum conſumptionem, poſtea reſidere ſine tribus horis, poſtmodum claram ſolum partem ſume, ſubſidentia abiecta, claræ parti admiſce,*
1 Vini optimi & veteris ——— *libras duodecim.*
Sacchari clarificati ——— *libras ſex.*
*Et recoque ad idoneum ignem, vſque ad Syrupi abſoluti conſiſtentiam.*

1 Vinum flauũ & odoratum ſume, & abſq; aliqua cauponica miſtura: quod, Trobat, vel Maluaſia, noſtris dicitur.

## MIVA CYTONIORVM AROMATICA SEV Moſchata domini Meſues.

℞ Succi Cytoniorum ——— *libras viginti.*
Vini veteris electi ——— *libras decem.*
*Ad lentum ignem ſemper deſpumando ad tertiæ partis comſumptionem coque, cola, & reſidere ſinito, claro adde,*
1 Mellis electiſsimi, & deſpumati—— *libras ſex.*
*Rurſus coque deſpumando, additis in ligatura ſequentibus,*
Cinnamomi ——— } ãn *drachmas tres.*
Heil ——— }

1 Poteſt delicatior ex Saccharo fieri, ſeruato pondere.

Caryophyllorum ——— } *ān. drachmas duas.*
Croci ———

Gingiberis ——— }
Maſtiches
Ligni Aloës } *ān. drachmā vnam ſe-(miſſem*
Macis ———

*Ligaturam manibus frica, & tamdiu inibi manere ſine, donec iuſté craſſeſcat decoctum, ad extremum admiſce,*

Moſchi ——— *ſcrupulum vnum.*
2 Galliæ moſchatæ ——— *drachmas duas.*

2 Galliam Moſchatam Meſues ſume.

## DIA CODYON D. GALENI EX LIBRO SEPTIMO de compoſitione medicamentorum per locos.

℞ Capita Papaueris mediocris magnitudinis ——— } *decem.*

Aquæ pluuiæ ——— ✠ *ſextarium vnum.*

*Coques ad idoneū ignē, donec capita omni ex parte flacceſcāt, à quibus ita coctis, ſuccū artificioſé exprimes,* Cuius expſsi & dilıgēter colati *accipe partes duas*

Mellis electi & deſpumati ——— *partem vnam.*

*Et miſce, mox coque in diplomate vſque ad Mellis electi conſiſtentiam.*

✠ Pendet Aquæ ſextarius, centum quadraginta octo drachmas grana decem, & duas tertias partes vnius grani: vt de Aceto & ſucco Cytoniorū diximus. pagina. 61.

## DIA CODYON CCMPOSITVM, QVOD GALENI ESSE dicit Nicolaus Alexandrinus capite. 198. ex interpretatione Nicolai Regini.

℞ Capita Papaueris nec nimis recētia, nec omninò ſicca ——— } *centum & quinquaginta.*

Roſarum ——— *drachmas viginti octo.*

Croci ——— }
Acaciæ } *ān. drachmas nouem.*
Glycyrrhizæ ———

Mellis Roſati ——— } *ān. quantum ſufficiet.*
Aquæ pluuiæ ———

*Capita*

*Capita Papaueris integra, Acaciam, & Glycyrrhizam in aqua opportuna quãtitate per biduum infunde, tertio vero die ad lentum ignem abſque fumo ad dimidij conſumptionem coque, cola, colaturæ Mel Roſatum admiſce, & recoque ad Mellis craſsitudinem.*

## DIA MORON DOMINI MESVES.

℞ Succi Mororum dulcium ex Moro arbore, Succi Mororum Rubi — *ãn. libram vnam & ſemiſſem.*
Sapæ, Mellis deſpumati — *ãn. libram vnam.*

*Coque ex arte vſque ad opportunam craſsitudinem.*

## DIA NVCVM DOMINI MESVES.

℞ Succi ex virentibus corticibus exterioribus Nucum vigente Canicula extracti — *libras quatuor.*
*Leuiter coque, mox cola, colaturæ adde,*
Mellis deſpumati — *libras duas.*

*Et recoque ad Mellis vſque craſsitudinem.*

## ROHOB, VEL ROB DE RIBES D. MESVES.

℞ Succi Ribes — *libras decem.*
*Coque ad ignem lentum ad tertiæ partis conſumptionem, reliquum cola, & ſubſidere permitte, donec clareſcat: clarum opportunè vel ad ignem, vel ad ſolem, ad eam craſsitudinem artificioſè reducito qua poſsit ſeruari.*

Eadẽ ratione ex alijs quibuſcunque ſuccis fructuum vel herbarũ Rob parari poteſt.

*ROB DE ACETOSA ſimiliter fit.*

*ROB DE AGRESTA eodem modo paratur.*

## MVLSÆ, SIVE AQVÆ MELLIS FACIENDI modus domini Meſues.

℞ Mellis optimi, mundi, recentis, pallidi, iucũdi odoris, ſaporis dulcis, cũ moderata acrimonia — *partem vnam.*
Aquæ Fontis dulcis, & claræ — *partes octo.*

*Coque deſpumando diligentiſsimè plus minùſue pro Medici præcepto.*

Aqua Mellis, Hydromeli, Aqua Mulſa, Melicratum, idem.

# DE INFVSIONIBVS & Decoctionibus.

## INFVSIONEM ROSARVM VIOLARVM, ET CÆTErorum florũ recentiũ quomodo facere oporteat ex Meſue.

℞ Foliorum Roſarum. Violarum, &c. recentium — *libras ſex.*
Aquæ Fontanæ calidæ — *libras quindecim.*

*In vaſe terreo, vitreato, ſtricti oris, & operculato, Roſæ, Violæ, etc. in dicta aqua octo horis maceretur, quibus exactis, exprimendo cola aquam, in qua iterum calfacta, tantundẽ Roſarũ, Violarum etc. recentium, denuo infunde eiſdem horis octo, & rurſus cola: infuſionem verò toties quoties libuerit, repetere eadem ratione poteris non immuttata ſcilicet Roſarum, Violarum, etc. quantitate, & infuſione recalfacta.*

## INFVSIO ROSARVM SICCARVM ET CÆTERORVM florum ſiccorum quomodo facienda ſit.

℞ Roſarum ſiccarum — *libram vnam.*
Aquæ pluuiæ — *libras quindecim.*

*Infunde vt ſupra, & repete tèr.*

MODVS

## MODVS FACIENDI ACETVM ſcilliticum Meſues.

*SCILLÆ laminas inter cor & corticem medias, acu lignea, filo cōſutas tanto interuallo ne ſe cōtingant, dies quadraginta in vmbra ſiccabis: ex quibus ſiccatis, cultello ligneo librā vnā minutim conſcindes, quam alijs quadraginta diebus, in Aceti boni libris octo, in vaſe vitreato, oris adſtricti, et benè obturato, inſolabis, tandē colabis, & vſui repones.*

## ACETVM ROSATVM VSVALE.

℞ Aceti fului electi, cuique nihil ſit aquæ admiſtū — *libras ſex.*
Roſarum verarū ſemicōpletarum abſque vnguibus ad vmbrā exſiccata. — *libram ſemiſſem.*

*Miſce, & inſolentur, donec odorem et colorē in Aceto Roſæ depoſuerint.*

*ACETVM VIOLATVM Eodem modo fiet.*

*ACETVM EX FLORIBVS SAMBVCI Eodem modo fiet, ſed flores non ſunt exſiccandi.*

## DECOCTIO COMMVNIS QVA PVRGANTIA MEdicamenta diſſoluuntur, hanc aliqui florum & fructuum decoctionem nominant.

℞ Pruna Damaſcena — *quindecim.*
Vuarum paſſarum — *vnciā vnā et ſemiſſem.*
Glycyrrhizæ raſæ — *vnciam vnam.*
Seminis Fœniculi — *drachmas tres.*

Florum Violarum
Florum Buglosſi
Florum Borraginis — *ān. drachmas duas.*

*Coquantur omnia in ſufficienti quantitate aquæ Fontanæ iuxta decoctionum regulas ad dimidias, mox cola diligenter.*

DECO-

## ℞ DECOCTVM PECTORALE SECVNDVM VSVM.

Hordei decorticati——*pugillum vnum.*
Glycyrrhizæ——*drachmas ſex.*
Prunorum exoſſatorũ—
Ficuum albarũ pinguiũ— } *ãn. paria quatuor.*
Paſſularum exacinatarũ—
Iuiubarum
Dactyllorum— } *ãn. vnciam ſemiſſem.*
Capillorum Veneris——*manipulos duos.*
Florum Violarum——*manipulum vnum.*
*In ſufficienti quantitate aquæ pluuialis artificioſé ad dimidias coquantur.*

## ℞ DECOCTVM PECTORALE CVM HYSSOPO.

Hyſſopi——*manipulum vnum.*
Capillorum veneris—
Florum Violarum— } *ãn. manipulos duos.*
Ficuum—
Dactyllorum
Prunorum
Paſſularum— } *ãn. vnciam ſemiſſem.*
Hordei—
Glycyrrhizæ— } *ãn. vnciam vnam.*
*In ſufficienti quantitate aquæ pluuialis ex arte ad dimidias coquantur.*

## ℞ DECOCTVM COMMVNE AD ÆNEMATA.

Foliorum Maluarum—
Foliorum Betæ cãdidæ
Foliorum Mercurialis
Foliorum Brancæ vrſinæ
Foliorum Violariæ— } *ãn. manipulum vnum.*
Seminis Aniſi—
Seminis Fœniculi— } *ãn vnciam ſemiſſem.*
Aquæ Fontis——*quantum ſufficiet.*
*Fac ex arte decoctum.*

# DE MEDICAMENTIS ſolutiuis.

## ELECTARIVM INDVM MAIVS D. MESVES.

℞ Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, Roſarum, 1 Caſsiæ, Macis, Cyperi — *ān. drachmas quatuor.*

Santali Citrini — *drach. duas & ſemiſſẽ*

Ligni Aloës, Nucis Moſchatæ — *ān. drachmas duas.*

2 Turbith electiſsimi — *drach. quinquaginta.*

Sacchari, Penidiarum — *ān. drachmas viginti.*

Galangæ, Cardamomi maioris, Cardamomi minoris, Aſari, Maſtiches — *ān. drabmam vnam & ſemiſſem*

3 Diagridij — *drachmas duodecim.*

*Omnia ex oleo amygdalino fricentur, mox,*

℞ Succi Cytoniorum, Succi Granatorum, Succi Apij, Succi Fœniculi — *ān. libram ſemiſſem.*

Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*

*Hæc quinque coque ſecundum artem vſque ad opportunam craſsitudinem, & poſtea ab igne amoue, vbi autem tepens miſtura hæc, digitum iam citra incommodum admiſerit, reliqua illi exquiſitè confunde.*

1 Hic Caſſiam intellige dici Canellam.

Turbith accipe Alexandrinum, & electũ niſi aliter collegia permiſerint, vel fieri præceperint.

3 Diagridium vocant, Scammonium in Cytonio vt docet Meſues coctum.

ELEC-

## ELECTARIVM INDVM MINVS D. MESVES.

| | |
|---|---|
| ℞ Turbith<br>Sacchari | *ãn. drachmas centum.* |
| Macis<br>Caryophyllorum<br>Piperis<br>Gingiberis<br>Cinnamomi<br>1 Heil<br>Nucis Moſchatæ | *ãn. drachmas ſeptem.* |
| Scammonij | *drachmas duodecim.* |
| Mellis deſpumati | *quantum ſufficiet.* |

*Fac ex arte confectionem.*

1 Heil Cardamomum eſſe, dictum alibi fuit.

## CONFECTIO MEDICAMINIS HAMECH D. MESVES.

| | |
|---|---|
| ℞ Myrabolanorum Citrinorum | *vncias quatuor.* |
| Myrabolanorũ Chebulo.<br>Myrabolanorum Indorũ<br>Rhabarbari | *ãn. vncias duas.* |
| Agarici<br>Colocynthidis<br>Polypodij | *ãn. drach. decem et octo.* |
| Abſinthij<br>1 Haſce<br>Senę | *ãn. vnciam vnam.* |
| Violarum | *drachmas quindecim.* |
| Epithymi | *vncias duas.* |
| Aniſi<br>Fœniculi<br>Roſarum | *ãn. drachmas ſex.* |
| Succi Fumarię | *libram vnam.* |
| Prunorum | *paria triginta.* |
| Vuarum paſſarum | *vncias ſex.* |

Myrabolanorũ, perpetuo cortices, ſunt ſumendi, oſſibus, reiectis vt iam aliás dictum eſt.

1 Haſce Thymum interpretamur.

*Infunde*

*Infunde omnia in ſeri opportuna quantitate, in vaſe vitreato anguſti orificij bene obturato: & ſine diebus quinque ita macerari, quibus exactis ad ignem vno atque altero feruore coque, mox cola, & in parte colatura artificioſè diſſolue,*

Pulpæ Caſsiæ mundæ —— *vncias quatuor.*
Thamarindorum ——— *vncias quinque.*
2 Tereniabin ——— *vncias duas.*

*Simul agitentur, & exquiſité miſceantur, quibus ita paratis adde;*

Sacchari albi & electi —— *librã vnã & ſemiſſem.*
3 Scammonij ——— *vnciã vnã et ſemiſſem*

*Et coque vſque ad Mellis craſsitudinem, tandemque ſequentia in puluerem opportuné redacta admiſce,*

Myrabolanorũ Citrino.
Myrabolanorũ Chebulo. } *ãn. vnciam ſemiſſem.*
Myrabolanorũ Indorum

Myrabolanorũ Bellirico.
Myrabolanorũ Emblico.
Rhabarbari
Seminis Fumariæ } *ãn. drachmas tres.*

Spicæ
Aniſi } *ãn. drachmas duas.*

*Confectam ex arte miſturam curioſè repone.*

2 Tereniabin, Mãnam interpretamur.

3 Cũ ad nos aduectũ, vel quibuſcunque artibus, vel ſumptibus procuratũ Scammonium, ea ratione qua Meſues præcipit, ad hanc Confectionem parãdam tractari nequeat, nec liquari aliquo artificio hactenus potuerit: Conſulimus, in tenuiſsimũ puluerem tritum vltimis pulueribus in tempore admiſceri, vt diligẽti opera, quã maxime Meſues præceptum integre ſeruare, voluiſſe, viderĩ omnibus poſsimus.

## ELECTARIVM DE PSYLLIO DOMINI MESVES.

℞ Succi Bugloſſę domeſticę
Succi Bugloſſæ agreſtis
Succi Endiuiæ
Succi Apij } *omniũ coctorum, deſpumatorũ, atque, colatorũ ãn. libras duas.*
Succi Fumariæ ſimiliter parati —— *vncias tres.*

*In quibus miſtis & adhuc moderatè calentibus macerentur viginti quatuor horis ſequentia.*



UNIVERSIDAD DE BARC… FACULTAD DE MEDICINA BIBLIOTECA GENE…

Cuſcutæ }
Aniſi } *ān. vnciam ſemiſſem.*
Senæ }
Capilli veneris —— *manipulum vnum.*
Aſari —— *drachmas quatuor.*
Spicæ —— *drachmas duas.*
*Quibus exactis à leui feruore denuo ſubſequentia adde,*
Violarum —— *vncias tres.*
Epithymi —— *vncias duas.*
*Et iterũ vno leui feruore feruere ſine, à quo diligētiſſime cola, in qua colatura macerentur, integris horis viginti quatuor,*
Seminis Pſyllij integri —— *vncia tres.*
*Singulis horis accommodato inſtrumento opportunè agitando: quibus exactis, inſtrumento ad colandum idoneo exprimendo cola mox,*
℞. Prædictæ mucilaginis Pſyllij exprimendo colatæ —— *libras quatuor.*
Sacchari albiſsimi —— *libras duas & ſemiſſē.*
*Coque vſque ad iuſtam craſſitudinem, in tempore addendo ſequentia trita,*
1 Trochiſcorũ Diarhodō }
2 Trochiſcorum de Spodio } *ān. vnciam vnam.*
3 Trochiſcorũ de Rhabar. }
4 Trochiſcorũ de Berberis —— *vnciam ſemiſſem.*
Scammonij cocti in pomo —— *vncias tres.*
*Et ex arte confice.*

1, 2, 3, 4 Domini Meſues.

## CONFECTIO EX DACTYLIS IDEST, DIAPhœnicôn domini Meſues.

℞. 1. Dactylorũ Cheyron tribus diebus & noctibus in Aceto maceratorum —— *drachmas centum.*
2 Penidiarum Sahiri —— *drach. quinquaginta*
3 Amygdalorũ mundorũ —— *drachmas triginta.*
Turbith —— *drach. triginta quinque*

1 Cheyrō fuluum dicimus.
2 Penidias Sahiri, hordeaceas iudicamus.
3 Amygdalas ſume dulces.

Scam-

Scammonij ——— *drachmas duodecim.*
Gingiberis
Piperis longi
Foliorum Rutæ ſiccorum
Cinnamomi
Macis
Ligni Aloës
Anisi
Fœniculi
Dauci
Galangæ ——— } *ãn. drachmas duas & ſemiſſem.*

*Omnibus artificioſè tritis ex Mellis* * *ſufficiēti quantitate Confectionem para, & curioſè repone.*

* Mel, ſit quadruplū ad ſpecies, vt et alias ſemper, in Meſues compoſitionibus.

PVLVIS DIA TVRBITH DOMINI MESVES capite de Turbith.

℞ Turbith ——— *drachmas decem.*
Gingiberis ——— *drachmas quinque.*
Sacchari ——— *drachmas viginti.*

*Fac ex arte puluerem.*

ELECTARIVM DIA CARTHAMI D. GVIDONIS DE Cauliaco, tractatu ſexto, doctrina prima, cap. I. de gutta.

℞ Pulueris Dia Tragacanthi frigidi — *unciam vnam.*
Carnis Cytoniorum Saccharo conditæ ——— } *vncias duas.*
Gingiberis albi
Hermodactylorum ——— } *ãn. drachmas quatuor.*
Medullę Seminis Carthami — *drachmas ſex.*
Diagridij ——— *drachmas tres.*
Turbith ——— *vnciam vnam.*
Mannæ granatæ
Rhodomellis ——— } *ãn. quartam ſemiſſem.*
1 Sacchari albiſsimi ——— *vncias ſexdecim.*
*Fiat ex arte Electarium.*

1 Saccharum ex aqua Iuç Arteticæ diſſolue niſi aliter, Medicus præceperit.

## ELECTARIVM EX SVCCO ROSARVM D. NICOLAI.

℞ Succi Roſarũ rubrarum — }
Sacchari albiſsimi — } *ãn. librã vnam, & vncias quatuor.*
Diagridij — *drachmas duodecim.*
Santali rubri — }
Santali albi } *ãn. drachmas ſex.*
Santali Citrei — }
Spodij — *drachmas tres.*
Camphoræ — *ſcrupulum vnum.*

*Ex arte Electarium para.*

## ELECTARIVM EX SVCCO ROSARVM D. MESVES.

℞ Succi Roſarũ rubrarũ perfecta. — *libras quatuor.*
Sacchari Tabarzeth — *libram vnã & ſemiſſẽ.*
Mannæ puræ recentis — *vncias ſex.*
1 Scammonij Antiocheni — *venciã vnã et ſemiſſem.*
*Hæc quatuor ex arte ad lentum ignem abſque fumo ad Mellis vſque craßitudinem coquantur, tãdem opportuné adde,*
2 Trociſchorũ de Spodio — *vnciam vnam.*
3 Trociſchorũ de Berberis — *drachmas quatuor.*
4 Galliæ Moſchatæ — }
Croci — } *ãn. drachmas duas.*

*Miſce & repone in vaſe vitreo.*

1 De Scammonio obſerua hic eadẽ, quod in Confectione Hameth diximus.

2, 3, 4 Domini Meſues.

## DIA CATHOLICON DOMINI NICOLAI.

℞ Senæ mundæ — }
Caſsiæ fiſtulæ mundæ } *ãn. vncias octo.*
Thamarindorum — }

Rhabarbari — }
Violarum }
Polypodij } *ãn. vncias quatuor.*
Aniſi — }

Glycy-

Glycyrrhizæ — }
Penidiarum } *ān. drachmas quatuor.*
Sacchari Candi — }
Seminis Cucurbitæ — }
Seminis Citrulli }
Seminis Cucumeris } *ān. vnciam vnam.*
Seminis Melonis — }

℞ *Pulueràbilia artificioſè in puluerem redige, mox,*
Polypodij — *libram vnam.*
*Ex arte illud tere, tritū, diutiſsimè in ſufficiēti quātitate aquæ coquæ, a perfecta, abſoluta artificioſáq; coctura ab igne amoue, & cola diligentiſsimè, ex colatura autē & Sacchari— libris octo, ex arte Syrupum para, ante cuius abſolutā cocturā* Caſsiā & Thamarindos *in parte decoctionis colatæ diſſoluta adde: ad extremum ſupradicta artificioſè parata, & in puluerem redacta, Syrupo excipe, & fac Confectionem.*

## PVLVIS SENÆ SECVNDVM VSVM VVLGARIVM.

℞ Folliculorum Senæ mundorum — *vncias duas.*
Violarum — *vnciam ſemiſſem.*
Aniſi — *drachmas tres.*
Fœcis ex albo vino — *drachmas ſex.*
*Et arte fac puluerem craſsiuſculum, & miſce.*

## DIA SENÆ DOMINI NICOLAI ALEXANDRINI EX interpretatione Nicolai Regini capite. 230.

℞ Senæ — *vncias tres.*
Auellanas toſtas — *quinquaginta.*
Serici toſti — *drachmas duas.*
1 { Lapidis Armeni — *drachmam vnam.*
{ Lapidis Lazuli — *drachmas tres.*
Sacchari — *vncias ſex.*
Cinnamomi — *vnciam vnam.*
Caryophyllorum — }
Galangæ }
Piperis }

1 Lapides hij loti & præparati aſſumantur.

 Spicæ

Spicæ
Ocimi
2 Foliorũ Caryophyllorũ
Cardamomi
Croci
Gingiberis
Zedoariæ
Florum Roris marini
Piperis longi — ãn. *drachmas duas.*
Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*

*Confice & repone.*

2 Procurẽtur ſollicitè folia arboris Caryophyllos producentis, quæ ſi haberi nõ poſſint pro illis ſume tãtundem folij Malabathri, quod ex Oriẽtali India non ita prĩdem aduehi cœpit.

## DIA PRVNVM DOMINI NICOLAI, QVOD DIA Damaſcenon etiam dicunt.

℞ Pruna Damaſcena electa atq. recentia- *centum.*
*Illa in aquæ quantitate moderata opportunè coque, quæ poſtea ita cribro traijcies, vt caro à cute, fibris, & oſsibus exquiſitè ſecernatur, carnem verò cretam per ſe repone, decoctum autem addita,*
Violarum — *vncia ſemiſſe.*
*Recoque, atque ab vno vel altero feruore ab igne amoue, mox adhuc tepidum cola, colato ſuperadde,*
Sacchari — *libras duas.*
Carnis prunorum illius, quã reponi pręcepimus — *libram vnam.*
*Et ad iuſtam vſque craſsitudinem perpetuò inſtrumẽto idoneo agitando iterum coque: tandem opportuno tempore his adiunge dum adhuc coquuntur,*
Medullę Caſsiæ ſolutiuæ,
Medullæ Thamarindorũ, ex portiũcula prunorum & violarũ decocti extractæ — ãn. *vnciam vnam.*
*Quibus vt decet coctis, tempeſtiuè infraſcripta in tenuiſsimum redacta puluerem excipiantur,*

Santali

℞ Santali albi, Santali rubri, Spodij, Rhabarbari, Cinnamomi — *ān. drachmas tres.*

Roſarum, Violarum, Seminis Portulacæ, 1 Seminis Intybi ſatiui, Seminis Berberis, Succi Glycyrrhizæ, Gummi Tragacanthi — *ān. drachmas duas.*

Seminis Cucurbitæ, Seminis Cucumeris, Seminis Citrulli, Seminis Melonis — *ān. drachmam vnam*

*Confice vt dictum eſt fiatque ex arte Confectio.*

*QVOD ſi volueris ſolutiuũ (vt dicunt)* Diaprunũ huiuſmodi *reddere, vnicuique libræ Confectionis huius ab igne amotæ, adde* Diagridij *drachmas ſeptem.*

1 Intybum ſatiuũ illũ intelligimus, quem Scariola officina nominat.

CATHARTICVM IMPERIALE D. NICOLAI.

℞ Diagridij, Sacchari — *ān. drachmas octo.*

Cinnamomi, Spicæ, Saxifragæ, Polypodij — *ān. drachmas quatuor.*

Caryophyllorum, Gingiberis, Spicæ Celticę, Piperis longi, Piperis nigri — *ān. drachmas tres.*

Cardamomi
Amomi ——— }
Mellis ——— *quantum ſufficiet.*

*Et arte confice, & repone.*

BENEDICTA LAXATIVA DOMINI NICOLAI.

℞ Turbith
Sacchari ——— } *ān. drachmas decem.*

Diagridij
1 Hermodactylorum
Roſarum ——— } *ān. drachmas quinque.*

Caryophyllorum
Spicæ
Gingiberis
Croci
Saxifragæ
Piperis longi
Amomi
Cardamomi minoris
Seminis Apij
Salis Gemmei
Galangæ
Macis
Cari
Fœniculi
Pulpæ ſeminis Aſparagi
Pulpæ ſeminis Ruſci
Milij ſolis ——— } *ān. drachmam vnam.*
Mellis deſpumati ——— *quantum ſufficiet.*
*Miſce in Electarij liquidi modum.*

1 Poſt Diagridiū Eſulam quidam habent, qua multa exemplaria carent, quam etiā nos ex illis & antiquiſſimo Manuſcripto, ſubſtulimus.

CONFECTIO SOLVTIVA GENTILIS DE FVLGIneo, deſcripta à Ioanne Michaele Sauanarola, in ſua practica capite de Melancholia.

℞ Myrabolanorum nigrorum ——— *vncias duas & ſemiſſem.*

Myra-

Myrabolanorum Chebulorum — *vnciam vnam.*
Agarici — *vnciam ſemiſſem.*
Stœchadis
Chamædryos
Champitydis
Calaminthæ
Abſinthii
Seminis Aniſi — } *ān. drachmas duas & ſemiſſem.*

Glycyrrhizæ
Buglosſi — } *ān. vncias ſex.*

Epithymi
Polypodij
Senæ — } *ān. vncias quatuor.*

Prunorum
Iuiubarum — } *ān. paria octo.*
Fumariæ — *manipulum vnum.*
*Decoquantur ex arte in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad partis tertiæ conſumptionem, & tunc adde,*
Sapæ
Sacchari — } *ān. libram vnam.*
*Quæ vbi in abſolutè coctum Syrupum artificioſè coquendo abierint, ſequentia pulueriz͜ata illo ſunt excipienda,*
Lapidis Lazuli loti & præparati
Lapidis Armeni loti & præparati
Ellebori nigri — } *ān. drachmas duas.*
Salis Gemmæ — *drachmam ſemiſſem.*
Diagridij — *drachmas duas.*
*Et vbi ad Mellis craßitudinem peruenerint, repone.*

## HIERA PICRA EX GALENI DESCRIPTIONE libro ſeptimo Methodi medendi capite vndecimo.

℞ Aloës — *drachmas centum.*
Cinnamomi
Xylobalſami
Aſari

Hęc Hiera Picra, aſſu menda eſt perpetuo, cum à Medicis, ſimpliciter Hiera, vel Picra præſcribetur.

Aſari
Spicæ Nardi
Croci
Maſtiches Chiæ ——— *ān. drachmas ſex.*

*Miſce, in puluerem redacta, & vſui repone.*

HIERA LOGADII DOMINI AETII MEDICI AMIDENI, libro tertio, capite 116. ad Græci codicis fidem reſtituta.

℞ Pulpæ Colocynthidis — *drachmas viginti.*

Scillę ———
Agarici
Ammoniaci Thymiamatis
Scammonij
Corticis Ellebori nigri
Hyperici ——— *ān. drachmas decem.*

Epithymi ———
Polypodij aridi
Bdellij
Aloës
Chamædryos
Marrubij
Caſsiæ ligneæ ——— *ān. drachmas octo.*

Myrrhę Trogloditicæ ———
Piperis albi
Piperis nigri
Piperis longi
Cinnamomi
Croci
Opopanacis
Sagapeni
Caſtorei
Petroſelini
Ariſtolochiæ ——— *ān. drachmas quatuor.*

Mellis deſpumati ——— *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Confectionem.*

## HIERA PICRA COMPOSITA DOMINI NICOLAI.

℞ Cinnamomi
Spicæ
Croci
Schœnanthi
Aſari
Caſsiæ ligneæ
Ligni Balſami
CarpoBalſami
Violarum
Abſinthij
Epithymi
Agarici
Roſarum
Turbith
Colocynthidis
Maſtiches — *ān. ſcrupulos duos.*

Aloes ad pondus omniū, hoc eſt — *drachmas decē, & ſcrupulos duos.*

Mellis deſpumati — *quantum ſufficiet.*

*Miſta vt decet fac Confectionem.*

## HIERA PICRA ALIA, QVAM EX GALENO REFERT Nicolaus quæ etiam Picra ſimpliciter inſcribitur.

Hęc Picra in compoſitionibus Nicolai acipienda eſt.

℞ Aloes — *drachmas tredecim & ſemiſſem.*

Cinnamomi
Coſti
Nardi
Croci
Schenanthi
Ligni Balſami
Caſsiæ ligneæ
Maſtiches
Aſari — *ān. drachmam vnā, grana ſeptem & ſerais.*

Roſa-

Roſarum
Amomi
Abſinthij

*In puluerem redige, miſce, & vſui repone.*

## HIERA CVM AGARICO, QVA NOSTRI VTVNTVR.

℞ Pulueris Hieræ ſimplicis Galeni – *drachmas decē.*
Agarici Trochiſcati – *drachmas quinque.*

*Miſce, & repone.*

## HIERA HERMETIS, ET EST HIERA Luf domini Meſues.

℞ Aloës – *vnciam vnam.*
Trochiſcorum Alhandal – *aureos octo.*
Turbith
Agarici
1 Luf vtriuſque ſicci
Iridis
Sagapeni
Myrabolanorū Chebulo.
Myrabolanorū Citrinorū
Myrabolanorū Indorū – *ān. drachmā vnam & ſemiſſem.*

Gingiberis
Cinnamomi
Maſtiches
Bdellij
Ellebori nigri
Euphorbij
Aſari
Caſsiæ ligneæ
2 Salis Indi
Caſtorei
Croci
Apij – *ān. drachmam vnam.*

1 Luf vtriuſque, hoc eſt, vtriuſque Ari, maioris ſcilicet, & minoris.

2 Pro Sale Indo, ſume ſubnigrum Cardonę ſalem.

Cheiſin

Cheiſin
4 Seminis Mezereonis
Stœchados
Scillæ aſſatæ – *drach. duas & ſemiſſē*
Scammonij boni – *drachmas duas.*

*Terenda omnia ex arte terantur, Gummi vino odorifero diſſoluantur, puluerata verò ſucco fructus Cucumeris Aſinini excipiantur, mox exſiccentur, exſiccata rurſus terantur, & trita iterum eodem ſucco & momento Olei Nucum excipiantur, & in Maſſam cogantur, exſiccentur, & tandem rurſus trita, ex Mellis deſpumati quantitate ſufficienti, fac omnibus ex arte miſtis confectionē, quā repone, & poſt ſex menſes fermentatam in vſum aſſume.*

4 Quamuis Mezereonem non ſatis diſtinctè Meſues deſcripſerit, & vnica Mezereonis appellatione diuerſas plantas doctiores Arabes complexi fuerint: nos tamen apud Meſuem Mezereonē Thymelæam interpretamur cuius ſemen (quod Coccognidion Dioſcoridis eſt, hoc eſt, Granum Cnidiū) Mezereonis ſemen eſſe, volumus.

## HIERA PICRA DOMINI RHASIS.

℞ Roſarum rubrarum
Spicæ Nardi
Maſtiches
Ligni Balſami
Fructus Balſami
Cinnamomi
Caſsiæ ligneæ
Radicum Aſari – *ān. ſcrupulum vnum, grana ſex.*
Aloës – *drachmas ſex, & ſcrupulos duos.*

*Ex arte fac puluerem.*

Ex hac Hiera conficientur Rhaſis compoſitiones.

## HIERA ARCHIGENIS DOMINI PAVLI ÆGINETÆ libro ſeptimo, capite octauo.

℞ Marrubij
Agarici
Chamædryos
Colocynthidis carnis
Stœchados – *drachmas decem.*

| | |
|---|---|
| Opopanacis<br>Sagapeni<br>Petroſelini<br>Ariſtolochiæ rotundæ<br>Piperis albi | *ān. drachmas quinque.* |
| Cinnamomi<br>Spicæ Nardi<br>Myrrhæ<br>Polij<br>Croci | *ān. drachmas quatuor.* |

*Arida tunduntur ſimul, & incernūtur,* Opopanax *autem,* Sagapenum, & Myrrha *cōtuſa,* Mulſa *per noctem vnam macerantur in pila, deinde lauigantur, & ſicca, his admiſcentur : mox* Melle *optimo excepta reponuntur in vitreo vaſe, aut plumbeo.*

## HIERA PICRA GALENI DOMINI MESVES.

Hæc eſt aſſumenda in compoſitionibus Meſues.

℞

| | |
|---|---|
| Maſtiches<br>Cinnamomi<br>Aſari<br>Spicæ<br>Carpobalſami<br>Croci<br>Caſsiæ ligneæ<br>Ligni Aloës | *ān. partes æquales.* |
| Aloës | *duplum pōdus omniū.* |

*Ex artis legibus fiat omnium puluis.*

## CONFECTIO PAPÆ IOANNIS SECVNDVM VSVM.

℞

| | |
|---|---|
| Macis<br>Caryophyllorum<br>Nucis Moſchatæ<br>Cinnamomi<br>Piperis longi<br>Cardamomi | *ān. drachmas duas.* |

Ligni

Ligni Aloës —— *drachmam vnam.*
Turbith —— *drachmas quatuor.*
Seminis Carthami mundi — *vnciā vnā & ſemiſſē.*
Senæ mundæ —— } *ān. libram ſemiſsem.*
Auellanarum mundarū — }
Mellis deſpumati —— *libras duas.*

*Fac ex arte Confectionem.*

ELECTARIVM LENITIVVM VSV COMPROBATVM.

℞ Vuarum paſſarum enucleatarum —— } *vncias duas.*
Adianti nigri —— }
Violarum } *ān. pugillum vnum.*
Hordei mundi —— }
Iuiubarum —— } *ān. numero viginti.*
Sebeſten —— }
Dulcis radicis —— *vnciam ſemiſsem.*
Prunorum exacinatorū — } *ān. drachmas ſex.*
Thamarindorum —— }
Senæ —— } *ān. vncias duas.*
Polypodij —— }
Foliorum Mercurialis — *manipulū vnū et ſemiſsē.*
*Hæc omnia artificioſè in ſufficienti quantitate aquæ coquantur, mox colentur, in colatura poſtea diſsoluantur ſequentia,*
Pulpæ Caſsiæ —— }
Pulpæ Thamarindorum }
Pulpæ Prunorum } *ān. vncias ſex.*
Sacchari albiſsimi }
Sacchari Violacei —— }
Pulueris Senæ —— *vncias tres, drachmas (tres, & ſemiſsem.*
*Artificioſè confice miſcendo benè.*

M 2 QVO-

## QVOMODO CASSIAM SOLVTIVAM EX Saccharo parare oporteat.

℞ Caſsiæ ſolutiuæ mundæ —— *libras duas.*
Sacchari albiſsimi ———— *vncias ſex.*

*Caſsiæ ſolutiuæ electæ oſsibus & corticibus reiectis ſume libras duas, quas cribro excipe, cribrum verò ori ollæ ſigulinæ vitreatæ impone, ſit verò olla ſemiplena aqua, & igni impoſita, vt vapor ab olla eleuatus contingere Caſsiam poſsit: Caſsiam cochleari duc per cribrum, ita vt medulla ſola & libera à lignoſa ſubſtantia traijciatur, cui medullæ ita cretæ Saccharum diligenter immiſce, et Soli expone tamdiu, quamdiu opus erit ad ſuperflua adſcititiæque humiditatis abſumptionem. Id ipſum ad lentum ignem fieri poterit.*

## QVOMODO EX MELLE CASSIAM SOLVTIVAM ad Ænemata parare oporteat.

℞ Prunorum enucleatorũ —
Vuarum paſſarum enucleatarum ———— } *ãn. libram ſemiſſem.*
Seminis Aniſi ———— *vncias tres.*
Seminis Fœniculi ——
Hordei mundi ———— } *ãn. vnciam vnam & ſemiſſem.*
Florum Buglosſi ——
Florum Borraginis.
Florum Violarum ——— } *ãn. drachmas tres.*
Aquæ Fontanæ ———— *quantum ſufficiet.*

*Fac ſecundum artem decoctum ad dimidias, & reliquam dimidiam partem cola, in qua diſſolue,*

Interioris Caſsię ſine oſsibus & cortice ———— } *libras quatuor.*
Mellis deſpumati ——— *librã vnã & ſemiſſem.*

*Coque artificioſè ad opportunam craſsitiem.*

DE

# DE PILVLIS.

## PILVLÆ ALEPHANGINÆ DOMINI MESVES.

℞ Cinnamomi
Cubebarum
Ligni Aloës
Calami aromatici
Macis
Nucis moſchatæ
Cardamomi — *ān. vnciam vnam.*
Caryophyllorum
Aſari
Maſtiches
Iunci odorati
Spicæ
CarpoBalſami

Abſinthij
Roſarum — *ān. vncias quinque.*

*Conterantur omnia craßiuſculè, & in* Aquę Fōtanę *libris duodecim ad lentum ignē in duplici vaſe vſque ad cōſumptionem duarum partiū coquantur, reliqua verò pars tertia fortiter exprimendo coletur, deinde,*
In huius colaturæ — *libris duabus.*
*Continuè ad Solem idoneo in vaſe, & inſtrumento agitando, diſſolue,* Aloës Socotorinæ multoties in vitreo vaſe exaqua Pluuia lotæ, & poſtea à lotione artificioſè exſiccatæ — *libram vnam.*
*Mox ſequentia pulverizata adde,*
Myrrhæ
Maſtiches — *ān. drachmas quinque.*
Croci — *drachmas tres.*

*Tandem reliquas duas libras colaturæ his omnibus admiſce, poſtea exſicca, & fac Maſſam.*

Socotorina, vel Zocotorina Aloë præſtantiſſima cenſetur, videlicet in Zocotarà, vel Zacotrà Inſula maris Indici, quæ olim Dioſcoriada dicebatur, nata & effecta: ex qua vniuerſus orbis laudatiſſimam repetit, quæque olim Succotrina, & Siccotrina dicebatur.

## PILVLÆ AGGREGATIVÆ DOMINI MESVES, QVAS ipſe ex inuentione noſtra inſcripſit.

℞ Corticum Myrabolanorum citrinorum
1 Rauedſeni — ān. drachmas quatuor.

Succi Eupatorij inſpiſſati-
Succi Abſinthij inſpiſſati- } ān. drachmas tres.

2 Scammonij Antiocheni coƈti in pomo — drachmas ſex.

Myrabolanorū Chebulo.
Myrabolanorum Indorū
Agarici
Colocynthidis
Polypodij — ān. drachmas duas.

Turbith optimi
Aloës — ān. drachmas ſeptem.

Maſtiches
Roſarum
Salis Gemmæ
Eptihymi
Aniſi
Gingiberis — ān. drachmam vnam.
3 Eleƈtarij Roſacei — quantum ſufficiet.

*Ex omnibus opportunè tritis Maſſa fiat.*

1 De Rauedſeni iā antea pagina. 49. in dia Curcuma diximus.

2 Scammoniū ita paratum, Diagridium, vel Diacridium, vel Dacridium promiſcuè nominant.

3 Intellige Eleƈtarium ex ſucco Roſarum liquidum D. Meſues.

## PILVLÆ AGGREGATIVÆ MAIORES D. MESVES.

℞ Bdellij
1 Myrabolanorū Indorum
2 Myrabolanorū Bellirico.
3 Myrabolanorū Emblico. — ān drachmas quatuor.
Turbith eleƈti — drachmas tredecim.

1 2 3 Myrabolanorū cortices ſume oſſibus detraƈtis.

Seminis

Seminis Apij
Seminis Fœniculi
Seminis Aniſi
Seminis Cari
Seminis Ammios
Origani
Roſarum — *ān drachmam vnam*
4 Setaragi Indi
5 Harmel
Hermodactylorum
6 Salis Indi
Maſtiches
Ammoniaci

Cinnamomi
Cardamomi
Acori — *ān. drachmã ſemiſſem.*
Spicæ
Croci
Caſsiæ

Sagapeni — *drachmas quatuor.*
Colocynthidis — *drachmas tres.*
Penidiarum albarum — *drachmas quatuor.*
Aloẽs Socotorinæ — *drachmas quindecim.*
Succi Caulium recentis curioſè clarificati — *quantum ſufficiet.*

*Vngẽdo manus Oleo Sambacino, hoc eſt, Ielſemino ex arte fac Maſſam.*

4 Setaragi Indum aliqui Lepidiũ Dioſcoridis interpretantur, alij Naſturtium ſylueſtre, quod fortè perinde eſt, tu verò interim dum id examinamus accuratius, ſume ſyluestris Naſturtij ſemen.

5 Harmel, Ruta ſylueſtris eſt, cuius modo ſume ſemen.

6 De Sale Indo in Hiera Hermetis dictum eſt.

## PILVLÆ AGGREGATIVÆ MINORES D. MESVES.

℞. 1. Myrabolanorũ Citrinorũ
2 Myrabolanorum Indorum — *ān. drachmas tres.*
3 Myrabolanorũ Emblicorũ

1, 2, 3 Cortices ſume vt ſupra.

Maſtiches
Aniſi

Succi Eupatorij inſpiſſati } ān. drachmas duas.
Abſinthij
Roſarum
Raued ſeni —— *drachmas quinque.*
4 Hieræ picræ —— *drachmas duodecim.* 4 Hieram domini Meſues ſume
Succi Apij recētis per coctionem & reſidentiam depurati } *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte, omnibus opportunè præparatis Maßam.*

## PILVLÆ DE EVPATORIO MAIORES D. MESVES.

℞ Myrabolanorū Citrinorū
Succi Eupatorij inſpiſſati } *ān. drachmas tres.*
Succi Abſinthij inſpiſſati
Raued ſeni —— *drach. tres, et ſemiſſem.*
Maſtiches —— *drachmam vnam.*
Croci —— *drachmam ſemiſſem.*
Aloës bonæ —— *drachmas quinque.*
Succi Endiuię per reſidētiā & coctură depurati } *quantum ſufficiet.*
*Ex arte, omnibus paratis, fac Maſſam.*

## PILVLÆ DE RHABARBARO DOMINI MESVES.

℞ Raued ſeni —— *drachmas tres.*
Succi Glycyrrhizę dēſati
Succi Abſinthij inſpiſſati } *ān. drachmam vnā.*
Maſtiches
Myrabolanorū Citrinorū —— *drach. duas, et ſemiſſē.*
Seminis Apij
Seminis Fœniculi } *ān. drachmā ſemiſſem.*
1 Trochiſcorū Dia Rhodō —— *drach. tres, et ſemiſſem.*
2 Hieræ picræ —— *drachmas decem.* 1 2 } Trochiſcos vt Hierā D. Meſues ſume.
Succi Fœniculi recētis per reſidētiā, & coctionē clarificati } *quantū ſufficiet.*
*Fac Maſſam ex arte.*

## PILVLÆ ALKEKENGI DOMINI MESVES.

℞ Foliorum Abſinthij
Succi Abſinthij inſpiſſati
Succi Eupatorij inſpiſſati
Aloës
Myrabolanorũ Citrinorũ
Maſtiches
Croci
Raued ſeni
Laccæ ablutæ
Aſari
Seminis Aniſi
1 Caſsiæ fiſtulæ
Seminis Fumariæ — *ãn. drachmas duas.*
2 Hieræ picræ — *drachmas tres.*
3 Aquæ Solatri — *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Maſſam.*

1 Canellã hic pro Caſſia fiſtula intellige.

2 Hieram Meſues intellige.

3 Solatrum hic ſume non quodcũque, ſed Solanum Halicacabũ Alchechengi, vt antea admonuimus, officinæ dictum.

## PILVLÆ INDÆ DOMINI MESVES.

℞ Myrabolanorum Indorũ
Veratri nigri
Polypodij — *ãn. drachmas quinque.*

Epithymi
Stœchadis — *ãn. drachmas ſex.*

Agarici
Lapidis Lazuli loti
Colocynthidis
1 Salis Indi — *ãn. drachmas quatuor.*

Succi Eupatorij inſpiſſati
Spicæ — *ãn. drachmas duas.*

Caryophyllorum — *drachmam vnam.*
2 Hieræ picræ — *drachmas duodecim.*

1 De Sale Indo in Hiera Hermetis diximus Pag. 132.

2 Domini Meſues.

Succi

Succi Apij per reſidentiã & coctură clarificati } *quantum ſufficiet.*

*Omnibus ſeruatis ad vnguem trituræ legibus, trituratis fac Maſſam.*

## PILVLÆ ALHANDAL HERMETIS D. MESVES.

℞. 1. Trochiſcorũ Alhandal — *drachmas duodecim.*
2 Hieræ picræ — *drachmas ſeptem.* 1, 2 } Domini Meſues.
Maſtiches — *drachmas duas.*
Salis Gemmæ — *drach. vnã & ſemiſsẽ.*
Ladani optimi — *vnciam vnam.*

*Omnia, Ladano excepto, trita momẽto Olei Nucum irrorentur, Ladanum in pila, ferreo piſtillo calido ad mollitiem ducatur, mox cætera addantur, fiatque ex arte Maſſa.*

## PILVLÆ DE SARCOCOLLA DOMINI MESVES.

℞. Sarcocollæ — *drachmas tres.*
Turbith — *drachmas quatuor.*
Colocynthidis, Gingiberis } *ãn. drach. vnã et ſemiſsẽ*
Salis Gemmæ — *drachmam vnam.*
Succi Roſarum depurati — *quantum ſufficiet.*

*Sarcocollam in ſucco Roſarum diſſolue, mox cætera adde opportunè parata, & fac Maſsam.*

## PILVLÆ DE SAGAPENO DOMINI MESVES.

℞. Sagapeni, Ammoniaci, Bdellij, Opopanacis, Aloës, Caſtorij, Rutæ ſylueſtris } *ãn. drachmas duas.*

Colo-

Colocynthidis — *drachmas tres.*
Succi Porri per reſidentiã & coſturam clarificati — *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Maſſam.*

## PILVLÆ FOETIDÆ MAIORES DOMINI MESVES.

℞ Sagapeni
Ammoniaci
Opopanacis
Bdellij
Colocynthidis
Rutæ ſylueſtris
Aloës
Epithymi — *ãn. drachmas quinque.*

Hermodaſtylorum
1 Alſebran — *ãn. drachmas duas.*
Scammonij — *drachmas tres.*
Cinnamomi
Spicæ
Croci
Caſtorei — *ãn. drachmam vnam.*
Turbith — *drachmas quatuor.*
Gingiberis — *drach. vnã et ſemiſſem*
Euphorbij — *ſcrupulos duos.*

Succi Porri per reſidentiã & coſtionẽ depurati — *quantum ſufficiet.*

*Sagapenum, Ammoniacum, Opopanacem, & Bdellium in ſucco opportuné macerentur, & ſi impuri appareant, colentur, quantitate non imminuta: Quibus adhuc tepentibus, calido piſtillo ducendo cõtinué, Euphorbium admiſce, mox Aloëm, Scammonium, Alſebran, & Colocynthidem, ad extremum reliqua ex arte parata adde, & fac Maſſam.*

1 Alſebran, vel Sebran Meſues quid ſit, adeo nobis difficile eſt viſum diuinare, vt de illius exacta dignotione, nihil magnum vel certũ nobis polliceri, vel alijs dare, potuerimus. In tãta igitur aſſequendæ veritatis deſperatione & obſcuritate, meticuloſè ſatis conſulimus noſtris, vt pro Alſebran Meſues, cortices radicum Tithymali Cypariſſias ſubſtituant, ea tamen lege, vt nõ ante ſex mẽſes à collectione radicibus huiuſmodi Tithymali vtantur.

PILV-

## PILVLÆ DE EVPHORBIO DOMINI MESVES.

℞ Euphorbij
Colocynthidis
Agarici
Bdellij
Sagapeni — *ān. drachmas duas.*
Aloës — *drachmas quinque.*
Aquę Porri, hoc eſt, ſucci Porri per reſidētiam & coctionem depurati — *quantum ſufficiet.*

*Bdellium, Sagapenum, & Euphorbiū in ſucco diſſolue in mortario, calido piſtillo, quibus cætera ex arte parata admiſce, & fac Maſſam.*

## PILVLÆ DE RAVED SENI DOMINI MESVES.

℞ Raued Seni — *drachmas ſeptem.*
Ammoniaci
Sagapeni
Bdellij
Turbith
Myrabolanorum Citrinorum — *ān. drachmas decem.*
Laccæ — *drachmas octo.*
Opopanacis
1 Mezereon
Gummi Arabici — *ān. drachmas quatuor.*
Spicæ
Polij
Aloës — *ān. drachmas quinque.*
Maſtiches — *drachmas duas.*

*Gummi vino ſolue, quibus ſolutis, cætera vt decet parata admiſce, & fac artificioſè Maſſam.*

1 Mezereonem iã alibi pagina. 133. Thymelæã interpretati fuimus.

PILV-

## PILVLÆ DE MEZEREO D. MESVES.

℞ Foliorum Mezerei præparatorum — *drachmas quinque.*
Myrabolanorũ Citrino. — *drachmas quatuor.*
Myrabolanorum Chebulo. — *drachmas tres.*
*Folia Mezerei integra abſque ſtipitibus viginti quatuor horis in Aceto tepente macerētur, deinde ſiccētur, & craſsiuſculè terantur, &* Myrabolanis *ex arte etiam tritis admiſceantur: omnia verò ſyrupo facto, ex* Manna, Thamarindis, & ſucco Endiuiæ *excipe, & fac Maſſam.*

## PILVLAE LVCIS MAIORES D. MESVES.

℞ Roſarum
Violarum
Abſinthij
Colocynthidis
Turbith
Cubebarum
Calami Aromatici
Nucis Moſchatæ
Spicæ Nardi
Epithymi
Carpo Balſami
Xylo Balſami
Seſelis
Seminis Rutæ
Iunci odorati
Aſari
Maſtiches
Caryophyllorum
Cinnamomi
Aniſi
Fœniculi
Apij
Caſsiæ ligneæ

} *ãn. drachmas duas.*

N Croci

Croci
Macis ———— 
Myrabolanorũ Citrino.
Myrabolanorũ Chebulo.
Myrabolanorum Indorũ
Myrabolanorũ Bellirico. } *ãn. drachmas quatuor.*
Myrabolanorum Embli.
Raued Seni ————
Agarici ————
Senæ ———— } *ãn. drachmas quinque.*
Euphragiæ ———— *drachmas ſeptem.*
Aloës Socotorinæ ———— *ad pondus omnium.*
Succi Fœniculi per reſidẽtiã & coctură depurati- } *quantum ſufficiet.*
*Omnia ex arte præparata excipe, & fac Maſſam.*

## ℞ PILVLÆ STOMACHICÆ PRIMÆ D. MESVES.

Hieræ picræ ———— *drachmas ſeptem.* — Hieram Domini Meſues ſume.
Turbith ———— *drachmas decem.*
Myrabolanorum Citri.
Myrabolanorum Indorũ
Myrabolanorum Chebu.
Abſinthij } *ãn. drachmas tres.*
Scammonij
Penidiarum ————
Seminis Aniſi ————
Epithymi ———— } *ãn. drachmas duas & ſemiſſem.*
1 Salis Indi ————
Agarici ———— } *ãn. drachmas duas.* — 1 Salem Indum ſume, vt antea dictum eſt.
*Penidias in ſufficiẽti quãtitate ſucci Scariolæ depurati per reſidentiam et ebullitionem diſſolue, quibus reliqua vt oportet parata excipe, et fac ex arte Maſſam.*

## ℞ PILVLÆ DE AGARICO DOMINI MESVES.

Agarici ———— *drachmas tres.*

Iridis

Iridis ——— }
Praſsij } ān. drachmam vnam.
Myrrhæ ——— }
Turbith ——— drachmas quinque.
1 Hieræ picræ ——— drachmas quatuor. 1 Domini Meſues.
Colocynthidis ——— } ān. drachmas duas.
Sarcocollæ ——— }
Sapæ ——— quantum ſufficiet.
*Ex omnibus rite paratis formetur Maſſa.*

## PILVLÆ DIA RHODONIS DOMINI MESVES.

℞. 1. Trochiſcorū diaRhodonis } ān. drachmas quinque 1 Domini Meſues.
Abſinthij ——— }

Sūmitatum Iūci odorati ——— } ān. drachmas duas.
Maſtiches ——— }
Salis Indi ——— drachmam vnam.
Aloës optimi ——— ad pondus omnium.
*Succo foliorum Mali Citrij, vel eorundem decocto curioſé parato, fac* Maſſam.

## PILVLÆ DE TVRBITH DOMINI MESVES.

℞. Turbith optimi ——— drachmas ſexdecim.
Aloës ——— unciā vnā & ſemiſſē.
Maſtiches ——— } ān. drachmas ſeptem.
Roſarum ——— }
Myrabolanorū Citrinorū ——— drachmas decem.
Croci ——— drachmas tres.
Succi Abſinthij recētis per reſidētiā, & coctură clarifica. } quantum ſufficiet.
*Fac ſecundum artem* Maſſam.

## PILVLÆ DE LAPIDE LAZVLI DOMINI MESVES.

℞. Lapidis Lazuli loti ——— drachmas ſex.
Epithymi ——— } ān. drachmas octo.
Polypodij ——— }

Diagridij } ãn. drachmas duas & ſemiſſem.
Veratri nigri
Salis Indi

Caryophyllorum } ãn. drachmas tres.
Aniſi

Agarici — drachmas octo.
1 Specierum Hieræ picræ — drachmas quindecim. 1 Domini Meſues.
Succi Endiuiæ — quantum ſufficiet.
*Fac ex arte, omnibus paratis & miſtis, Maſſam.*

## PILVLÆ EX LAPIDE ARMENO D. MESVES.

℞ Lapidis Armeni loti & præparati } ãn. drachmas quinque
Hieræ picræ

Epithymi } ãn. drachmas quatuor.
Agarici

Polypodij — drachmas octo.
Diagridij — drachmas tres.
Caryophyllorum — drachmas duas.
Salis Indi — drach. vnã et ſemiſſem
Succi Endiuiæ — quantum ſufficiet.
*Fac ex arte Maſſam.*

## PILVLÆ DE BDELLIO DOMINI MESVES, QVAS inuentionis noſtræ inſcribit, & tertio recenſet loco.

℞ Bdellij — drachmas decem.
Scoriæ ferri præparatæ } ãn. drachmas tres.
Seminis Porri

Succini } ãn. drachmam vnã & ſemiſſem.
Coralli aduſti
Conchularum vſtarum

Myrabolanorũ Indorũ } an. drachmas quinque.
Myrabolanorũ Emblico.
Myrabolanorũ Belliri.

Marga-

Margaritarum———— *drachmam ſemißem.*
Suci foliorũ Porri (ſectilis, & nõ trãſplantati)— } *quantum ſufficiet.*

*In ſucco Bdelliũ dißolue, cæteriſq; additis fac* Maſſã.

℞ PILVLÆ NICOLAI CONTRA FLVXVM EXPERTÆ.

Myrtillorum
Balauſtiarum
Malicorij
Symphiti
Sanguinis Draconis
Boli Armenici.
Acaciæ
Hypociſtidis
Roſarum
Tartari
Sumach
Croci
1 Galliæ Moſchatæ
Gallarum
Cinnamomi
Spodij
Maſtiches
Gummi Arabici } *ãn. drachmam vnam.*

Opij———— *drachmam ſemiſſem.*

*Hypociſtidis ſuccum, Opium, & Acaciam, in ſucco Myrti, et Lentiſci dißolue, reliqua in tenuißimum puluerem redige, & ex arte fac* Maßam.

1 Domini Nicolai.

℞ PILVLÆ DE COLOCYNTHIDE DOMINI MESVES.

Pulpæ Colocynthidis—— *drachmas ſex.*
Myrabolanorũ Indorũ
Myrabolanorũ Citrinorũ
Sagapeni
Bdellij
Sarcocollæ } *ãn. drachmas quinque.*

Aloës ——————————*drachmas ſeptem.*
1 Nigellæ
2 Cymini Carmeni
Origani
3 Naſturtij albi
Salis Gemmæ
Abſinthij Romani — } *ān. drachmam vnam.*
Succi Porri depurati per reſidentiam & cocturā — } *quantum ſufficiet.*

*Lachrymas in ſucco diſſolue, cæteriſque vt decet paratis, additis, fac Maſſam.*

1 Nigella, Melāthium, ſeu Git eſt Dioſcoridis.

2 Cuminū Carmenū, ex Carmania Aſię regione hodie *Reyno de Narſinga* dicta, aduectum.

3 Naſturtium album, Thlaſpi eſſe, multi indicant: quos ſequimur modo.

## PILVLÆ DE OPOPANACO D. MESVES.

℞ Opopanacis
Hermodactylorum
Sagapeni
Bdellij
Ammoniaci
Colocynthidis — } *ān. drachmas quinque.*

Croci
Caſtorei
Myrrhæ
Gingiberis
Piperis
Piperis longi
Caſsiæ ligneæ
Myrabolanorū Citrinorū
Myrabolanorum Belliri.
Myrabolanorū Emblico. } *ān. drachmam vnam.*
Scammonij ——————*drachmas duas.*
Turbith ——————*drachmas quatuor.*
Aloës ——————*drachmas duodecim.*

Succi Braſicę per reſidētiā & cocturam depurati — } *quantum ſufficiet.*

*In*

*In ſucco lachrymas diſſolue, ex quibus, & cæteris ex arte paratis, fac artificioſé Maſſam.*

## PILVLÆ DE HERMODACTYLIS MAIORES domini Meſues.

℞ Hermodactylorum
Myrabolanorũ Citrinorũ
Aloës
Turbith
Colocynthidis
Bdellij
Sagapeni — *ãn. drachmas ſex.*

Caſtorei
Sarcocollæ
Euphorbij
Opopanacis
Rutæ agreſtis
Seminis Apij — *ãn. drachmas tres.*

Croci — *drach. vnã et ſemiſſem.*
Succi Caulium depurati — *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte Maſſam.*

## PILVLÆ SINE QVIBVS ESSE NOLO D. NICOLAI.

℞ Aloës hepaticæ lotæ — *drach. quatuordecim.*
Myrabolanorũ Citrinorũ
Myrabolanorũ Chebulo.
Myrabolanorũ Indorum
Myrabolanorũ Bellirico.
Myrabolanorũ Emblico.
Rhabarbari
Maſtiches
Abſinthij
Roſarum
Violarum
Senæ — *ãn. drachmam vnam.*

Agarici
Cuſcutæ
Scammonij — drach. ſex et ſemiſſem.

*Scammonium ita curioſè tere, vt ex ſucco Fœniculi depurato ſolutum per pannum rarum vna cum ſucco traijciatur: Succi veró ad id tantum aſſumes, quantum formandæ Maſſæ ſuffic. et, reliquis ex arte paratis, & illo exceptis fac Maſſam.*

## PILVLÆ AVREÆ DOMINI NICOLAI.

℞ Aloës
Diagridij — ā n. drachmas quinque

Roſarum
Seminis Apij — ā n. drachmas duas & ſemiſſem.

Aniſi
Fœniculi
1 Maſtiches — ā n. drachmam vnā & ſemiſſem.

Croci
Pulpæ Colocynthidis — ā n. drachmam vnam.

Mucilaginis Tragacāthę — *quantum ſufficiet.*

*Extrahatur mucilago ex aqua communi, ex qua reliqua idonee parata excipiantur, & fiat Maſſa.*

1 Noſtri Maſtichē huic compoſitioni addiderunt, quorum vſu fræti, illā retinuimus.

## PILVLÆ DE CASTOREO DOMINI NICOLAI.

℞ Caſtorei
Opij Thebaici
Croci
Gingiberis
Pyrethri
Euphorbij
1 Elaterij
Succi Caulis agreſtis inſpiſſati
Piperis albi — ā n. drachmam vnam.

1 Elaterium eſt ſuccus Cucumeris Aſinini, qui inſpiſſatus & exſiccatus eſt aſſumendus, & denique ex Dioſcoridis arte paratus.

Nigellæ

Nigellæ
Seminis Staphis agriæ
Epithymi
Spicæ ————————
Succi Betę per reſidentiā- & cocturam depurati — *quantum ſufficiet.*

*Fac ex arte, omnibus paratis, & miſtis Maſſam.*

PILVLÆ ANTE CIBVM, ET POST CIBVM DOMINI Nicolai ex Plateario, & Stephano Arnaldo.

℞ Ligni Aloës
Caryophyllorum
Folij
Maſtiches
Ligni Balſami
Fructus Balſami
Caſsiæ Ligneæ
Macis
Nucis Moſchatæ
Cinnamomi
Cubebarum
Croci
Spicæ
Seſelis —————— *ān. drachmas duas.*
Rhabarbari —————— *drachmas viginti octo.*
Aloës Succotrini —— *drachmas quinquaginta ſex.*
*Cum Opobalſamo, vel vino electo fiat ex arte Maſſa.*

PILVLÆ ARTHRITICÆ DOMINI Nicolai Salernitani.

℞ Hermodactylorum
Turbith
Agarici electi —— *ān. drachmas quatuor.*

Caryophyllorum
Ligni Balſami

Fructus

Fructus Balſami
Gingiberis
Maſtiches
Seminis Fœniculi
Seminis Aniſi — *ān. drachmā ſemiſſem.*
Saxifragæ
Seminis Aſparagi
Seminis Ruſci
Roſarum
1 Granorum Solis
Salis Gemmæ
Aloës ——— *drachmas decē & nouē et ſemiſſē.*
Succi Fœniculi depurati — *quantum ſufficiet.*
*Ex omnibus paratis ex arte fiat* Maſſa.

1 Solis granum, Miliū Solis, vel Milium Soler officinarum eſſe, credimus.

PILVLÆ DE QVINQVE GENERIBVS MYRAbolanorum Domini Nicolai.

℞ Myrabolanorū Citrino.
Myrabolanorū Chebulo.
Myrabolanorū Indorum
Myrabolanorū Bellirico.
Myrabolanorū Emblico. — *ān. vnciam ſemiſſem.*
Agarici
Diagridij
Colocynthidis
Senæ

Epithymi
Turbith
Aniſi
Fœniculi — *ān. drachmas duas & ſemiſſē et grana ſex.*
Maſtiches
Lapidis Lazuli pręparati
Aloës ——— *vnciam vnam.*
Succi Abſinthij, vel Fœni. depu. — *quātū ſufficiet.*
*Ex artis legibus, omnibus paratis, et miſtis, fac* Maſſā

PILV-

## PILVLÆ ARABICÆ DOMINI NICOLAI.

℞ Aloës electæ——*vncias quatuor.*
Radicis Bryoniæ——
Myrabolanorũ Citrino.
Myrabolanorum Chebu.
Myrabolanorum Indorũ
Myrabolanorũ Bellirico.
Myrabolanorũ Emblico.
Maſtiches
Diagridij
Aſari
Roſarum —— } *an. vnciam vnam.*
Caſtorei——*drachmas tres.*
Croci——*drachmam vnam.*
Succi Fœniculi curioſè depurati—— } *quantum ſufficiet.*
*Artis præceptis ſeruatis, fac Maſſam.*

## PILVLÆ OPTOMERÆ D. STEPHANI ARNALDI.

℞ Aloës——
Diagridij—— } *ãn. drachmas duas.*

Colocynthidis——
Epithymi
Agarici
Maſtiches
Dauci Cretici
Myrabolanorũ Chebulo.
Abſinthij —— } *ãn. drachmam vnam.*
1 Succi Solani——*quantum ſufficiet.*
*Fac Maſſam.*

1 Solanum hic intellige hortenſe.

## PILVLÆ CCOHIÆ D. RHASIS LIBRO NONO AD Almançorem capite de Cephalæa & Hemicrania.

℞ Specierum Hieræ picræ——*drachmas decem.*
Colocynthidis——*drachmas tres & ſcrupulũ vnum.*

Hieram picrã ſume, Domini Rhaſis.

Scam-

Scammonij—*drach. duas & ſemiſsẽ.*
Turbith — } *ãn. drachmas quinque*
Stœchadis —
Syrupi ex Stœchade—*quantum ſufficiet.*
*Fac ex arte Maſſam.*

PILVLÆ DE FVMOTERRÆ D. AVICENNÆ LIBRO 4 fen 7. tractatu 3. capite de cura Scabiei & Prurritus.

℞ Myrabolanorũ Citrino. — } *ãn. drachmas quinque.*
Myrabolanorũ Chebulo.
Myrabolanorũ Indorum
Scammonij —
Aloës —*drachmas ſeptem.*
Succi Fumariæ clarificati per reſidẽtiam & coctionem — } *quantum ſufficiet.*
*Fac ex arte* M*aſſam.*

PILVLAE ALCEYARET D. AVICENNAE LIBRO. 3. fen 1. tractatu 1. cap. 29 de cura vniuerſali doloris Capitis.

℞ Specierum Hierę picræ Galeni — } *drachmas duas.*
Maſtiches — } *ãn. drachmam vnam.*
Myrabolanorũ Citrino. —
Aloës —*drachmas quatuor.*
Syrupi ex Stœchade—*quantum ſufficiet.*
M*iſce, & fac ex arte* M*aſſam.*

Harum Pilularũ materiam Auicennas aſſignauit, quãtitatẽ verò vniuſcuiuſq; medicamẽti ſimplicis definiebat Gentilis in commentario in illũ Auicennæ locum.

PILVLÆ ILIACAE DOMINI RHASIS LIBRO 9. ad Almançoré capite de Iliaco & Colico dolore.

℞ Colocynthidis— } *ãn. drachmas decem.*
Sagapeni —
Scammonij—*drachmas tres & ſcrupulum vnũ.*
Succi Agrimonij depurati—*quantum ſufficiet.*
*Fac* M*aſſam.*

PILV-

## PILVLÆ COMMVNES SEV PESTILENTIALES Rhaſis in Antidotario deſcriptæ.

℞ Aloës Succotrinæ ——— *unciam unam.*
Myrrhæ ——— } *ān. unciam ſemiſſem.*
Croci ——— }
*Ex æquis portionibus vini fului electi, & aqua Endiuiæ, ex arte fiant Pilulæ.*

## PILVLÆ QVÆ NON VALENTES INCEDERE, ſurgere faciunt D. Rhaſis, capite de Podagra.

℞ Aloës ——— *drachmam unam.*
Scammonij ——— *grana quindecim.*
Roſarum rubrarum ——— *grana decem.*
Hermodactylorum ——— *drachmam ſemiſſem.*
Succi Endiuiæ depurati ——— *quantum ſufficiet.*
*Fiat artificioſè Maſſa.*

## PILVLÆ MASTICHINÆ DOMINI PETRI DE APPOno in additionibus ad Meſues Praxim capite de indigeſtione ſtomachi.

℞ Maſtiches ——— *drachmas quatuor.*
Agarici electi ——— *drachmas tres.*
Aloës electæ ——— *drachmas decem.*
Sapę ——— *quantum ſufficiet.*
*Ex arte fiat Maſſa.*

## PILVLÆ IN PESTILENTI CONSTITVTIONE vtiles Rufi, Domini Pauli Aeginetæ libro ſecundo capite trigeſsimo ſexto.

℞ Aloës ——— } *ān. drachmas duas.*
Ammoniaci ——— }
Myrrhæ ——— *drachmam unam.*
Vini fului odorati ——— *quantum ſufficiet.*
*Miſce, & fac Maſſam.*

## PILVLÆ IMPERIALES VSVALES.

℞ Cinnamomi
Amomi
Aniſi
Maſtiches
Cardamomi
Gingiberis
Macis
Nucis Moſchatæ
Garyophyllorum
Croci
Cubebarum
Ligni Aloës
Turbith
Mannæ
Agarici
Foliculorum Senæ
Spicæ
Myrabolanorū Citrinorū
Myrabolanorū Chebulo.
Myrabolanorū Indorum
Myrabolanorū Belirico.
Myrabolanorū Embli. — *ān. ſcrupulum vnum.*
Rhabarbari — *drachmas ſeptē, & ſcrupulos duos*
Aloës — *drachmas quindecim, & ſcrupulum vnum.*
Syrupi Roſati vel Violati — *quantum ſufficiet*

*Myrabolanis exoſſatis, reliquiſq; vt decet paratis, ex aliquo prædictorum Syruporum fac ex arte Maſſā.*

## PILVLÆ DE NITRO ALEXANDRI TRALLIANI

deſcriptæ libro 1. capite. 21. ex interpretatione Albani Torini titulo de his quibus deducēda aluus eſt in Comitiali.

℞ Aloës
Colocynthidis

Scam-

Scammonij
Bdellij
Corticum Veratri nigri
Gummi
1 Nitri
ãn. vnciam ſemiſſem.

Euphorbij——vnciam vnam.
Succi Braſicæ depurati——quantum ſufficiet.
*Fac ſecundum artem Maſſam.*

1 Nitrũ ex Alexandria Ægypti, vel ex Hetruria, vbi verum reperiri quidã viri docti ſcribunt procuretur, hoc verò dũ deſtuẽtur, permittimus noſtris pro illo vti, vel Salnitro vulgari, quo ad Bombardarum puluerem faciẽdum, vulgares vtuntur (dummodo purum & defœcatum eligant) vel Sale noſtro Cardonenſi.

## PILVLÆ BECHICÆ D. MESVES CAPITE DE TVSSI.

℞ Succi Glycyrrhi. denſati
Sacchari albi
ãn. vncias nouem.

Amyli
Tragacanthi
Amygdalorum dulcium mundorum
ãn. drachmas quatuor.

Muccaginis feminis Pſyllij ex aqua Roſarũ extractę——quantum ſufficiet.

*Omnia ſubtiliſsimè læuigata prædicta Muccagine excipe, et fac Orbiculos Lupinis ſimiles, quos exſicca curioſè.*

# DE COLLYRIIS.

## COLLYRIVM ALBVM TRYPHERVM DICTVM D. Galeni libro. 4. Cõpoſitionis Medicamentorũ per locos.

℞ Cadmiæ lotæ——drachmas ſexdecim.
Ceruſſæ——drachmas octo.

Amyli
Gummi
Tragacanthi
ãn. drachmas quatuor.

Opij——drachmas duas.

*Excipe aqua pluuia, & fac Collyrium.*

## COLLYRIVM ALBVM RHASIS, SIVE SIEF ALBVM, deſcriptũ a Ioanne Meſue in ſua Praxi, capite de Ophtalmia, auctore Zaccharia filio a Rhaſi.

℞ Ceruſſæ ablutæ——— *drachmas decem.*
Sarcocollæ——— *drachmas tres.*
Amyli——— *drachmas duas.*
Tragacanthæ——— *drachmam vnam.*
Opij——— *drachmam ſemiſſem.*

*Omnia opportunè parata, pluuia aqua excipiantur, et fiant lenticulares Trochiſci.*

## COLLYRIVM DE PLVMBO FILII ZACCHARIÆ D. Meſues Capite de vlceribus & vulneribus Oculorum.

℞ Plumbi vſti———
Antimonij
Tuthiæ lotæ
Aeris vſti
Tragacanthi
Gummi Arabici——— } *ãn. drachmas octo.*
Opij——— *drachmam ſemiſſem.*

*Omnibus ſubtiliſſime puluerizatis, ex aqua pluuia fiant lenticulares Trochiſci.*

## COLLYRIVM DE THVRE D. MESVES IBIDEM.

℞ Thuris——— *drachmas decem.*
Ammoniaci———
Sarcocollæ——— } *ãn drachmas quinque.*
Croci——— *drachmas duas.*

Mucilaginis Fœnugræci— *quantitatem ſufficientẽ*
*Fac exiguos ex arte orbiculos.*

## COLLYRIVM ELIXIR D. MESVES IBIDEM.

℞ Antimonij———
Lapidis Hœmatitidis——— } *ãn. drachmas decem.*

Acaciæ

Acaciæ —————— *drachmas tres.*
Aloës —————— *drachmam vnam.*
*Omnia artificioſè parata excipe ex ſufficienti quãti tate ſucci Rubi, & fac paruos Orbiculos.*

COLLYRIVM LIQVIDVM LANCFRANCI EX CAP. 11. doctrina. 3. tractatu. 3. magnæ Chyrurgiæ tranſcriptũ.

℞ Vini albi optimi —————— *libram ſemiſſem.*
Aeruginis —————— *drachmam vnam.*
Auripigmenti —————— *drachmas duas.*
*Trita ſubtiliſſimè vino admiſce, et ſæpius agitata repone.*

COLLYRIVM ALIVD LANCFRANCI, EX GVIDONE de Cauliaco tranſcriptus tractatu. 4. doctrina. 2. cap. 7.

℞ Vini albi electi —————— *libram vnam.*
Aquæ Plantaginis ——— } *ãn. vncias tres.*
Aquæ Roſarum ——— }
Auripigmenti —————— *drachmas duas.*
Aeruginis —————— *drachmam vnam.*
*Terenda ſubtiliſſime tere, & reliquis admiſce, & frequenter agitata repone.*

COLLYRIVM CITRINVM OPHTALMICVM VSVALE.

℞ Sarcocollæ —————— *drachmas tres.*
Amyli ——— }
Tragacanthi } *ãn. drachmas duas.*
Gummi Arabici ——— }
Opij —————— *drachmam vnam.*
Croci —————— *drach. vnã & ſemiſsẽ.*
*Omnia ſubtiliſſime terãtur, Opium verò per ſe in lacte mulieris diſſoluatur, vel aquæ Roſarũ, et additis alijs, redige in pila lapidea ad craſsitiẽ Mellis liquidiuſculi.*

Hoc Collyrium non niſi poſtulante Medico fiat, nã ob Lac corrumperetur.

PVLVIS IOANNIS DE VIGO IN ANTIDOTARIO capite. 13. ex illius propria inuentione.

℞ Aquæ cum qua Aurũ ab- } *librã vnã & ſemiſſem.*
Argento diuiditur ——— }
Argenti viui —————— *libram ſemiſſem.*

*Ponantur in bocia vitrea bene inuolutata, deinde hæc ponatur ad furnellũ cum capello et recipiẽti, omnibus ſimul inlutatis nè aër valeat exire, & elambicetur imprimis lento igne, deinde cùm incipit elambicare, ignis fortificetur vſque ad rubedinem recipientis bociæ, deinde ſucceſsiuè ignis aliquantulum augmentètur, donec aqua in totum ſit elambicata, poſtmodum frange bociam, & extrahe Argentum viuum calcinatum, quod apud Alchimiſtàs, præcipitatum nuncupatur, et trituretur ſuper lapide marmoreo, deinde iterũ ponatur in bocia modo quo ſupra dictum fuit inlutata, & iterum cũ ſuo recipienti (vt fuit dictum) elambicetur, donec tota aqua ſit elambicata, quo facto frange bociã iterum, & extrahe quod intus eſt, & ſuper lapide marmoreo cum alio lapide pulnerizetur, quo facto ponatur puluis in caßiola ænea ad ignem ſatis fortẽ ſemper baculo agitando per horã vnã et dimidiã: quia iſto modo melioratur puluis, & ad perfectionem reducitur. Et ſignum perfectionis eſt, quando cognoueris ipſum colorẽ Minij, aut aliquantulum clariorem acquiſiuiße.*

### AQVA SEPARATIONIS ITA FIT EODEM AVCTORE.

℞ Vitrioli Romani——— } *ã. libram vnam*
Aluminis Rochę——— }
Salis Nitri——————*librã vnam & ſemiſsẽ.*
*In vaſe vitreo elãbicetur, et quãto fortior, tãto melior.*

## DE OLEIS PER EXpreſsionem factis.

### OLEVM AMYGDALORVM DVLCIVM D. MESVES.

AMYGDALA DVLCIA *ſume, eáque, vtroq; prius cortice detracto, extremè tere, trita in offas coge, mox, horis quinque, loco calido contine, vel in duplici*

*vaſe*

*vaſe per horam coque, aut calente arena, tepidiſue cineribus ſacculo tamen incluſa, panniſque contecta opportuné, foue: poſtea iterum tere, & ſacculo concluſa, torculari, valenter exprime.*

VEL TRITA AMYGDALA *in vaſe veluti maſſa ſubiguntur, in aere calido, pauca aqua calida identidem affuſa. His etenim modis Oleũ exprimes.*

EFFLVET TAMEN LARGIVS, *vbi torculare inferné cauum fuerit, atque ad emiſſarium decliue, ſuperné gibboſum pro cauitatis magnitudine et forma opportuna, quo æqualiter Amygdala, exquiſité, validéque exprimi poſſint.*

MODVS ALTER EXPRESSIONIS OLEI EX Amygdalis dulcibus.

ELECTA, DVLCIA, *& ab vtroq; expertia cortice, in ea quam volueris quãtitate, Amygdala ſume, et in lapidea pila ea exacté tere, mox ad vaporẽ calentis aquæ artificioſé calfacito calfacta cõtumaci cãnabino colatorio excipe, & torculari ſtrenué exprime.*

OLEVM AMYGDALORVM AMARORVM.
EX AVELLANIS.
EX NVCLEIS OSSIVM CHRYSOMEL.
EX NVCLEIS OSSIVM MALORVM PERſicorum.
DE BEEN.
DE CHERVA.
DE CARTHAMO.
EX NVCE MOSCHATA.
EX NVCLEIS CERASORVM.
DE GRANIS CITRI.
EX PISTACIIS.
EX NVCIBVS PINEIS
EX NVCIBVS.
EX SEMINE CVCVMERIS.
EX SEMINE CITRVLLI.
EX SEMINE MELONVM.
EX SEMINE CVCVRBITAE.

*Hæc omnia Olea, et reliqua, quæ ex huiuſmodi fructuũ*

*aut ſeminum nucleis exprimuntur, fiunt vt ex Amygdalis dulcibus Oleum.*

OLEVM EX SEMINE LINI.
EX SEMINE PAPAVERIS.
EX SEMINE LACTVCAE.
*Fiunt vt Amygdalinum, ſeminibus tamen non excorticatis.*

OLEVM SESAMINVM *Exprimitur etiam vt Amygdalinum, Seſami tamen ſemine in hunc modum prius excorticato.*

MODVS EXCORTICANDI SEMINA SESAMI Domini Meſues.

℞ Seſami ſemina ab excrementis libera, aqua parum ſalſa irrora, manibus frica, & ſecundo irriga eatenus vt madefiāt, ſicca, modice aſſa ſacculo aſpero multum diuque confricando excortica, corticibus expurgatis, molantur in farinam: ex quibus Oleum exprimatur, vt ſuperius ex Amygdalis exprimendum diximus.

*EX PLERISQVE ETIAM SEMINIbus oleaginoſis, vt ex ſeminibus Lauendulæ, Hyoſcyami, Raphani, Melanthij, Sinapis, et alijs Olea exprimi poſſunt: quorum expreſsionis modus nullatenus eſt diſtinctus à dictis.*

OLEVM LAVRINVM VSVALE.

℞ Baccarū Lauri maturarū *quātitatē quā volueris. In ſufficienti aqua quantitate coque, ligneo piſtillo ſæpe inter coquendum tunde, donec niger, oleagineuſque illarum cortex nucleum omnino deſerat, et illarū pinguis ſuccus ſupernè aſcendat: quo tempore ab igne ablato vaſe, frigidaque ſuperinfuſa aqua,* Oleum *collige, & defœcatum artificioſè ſerua.*

OLEVM EX LENTISCINIS BACCIS, *fit vt Laurinum.*

DE

# DE OLEIS PER IMpreſsionem factis.

## OLEVM ROSATVM COMPLETVM D. MESVES.

℞ Oleum ex oliuis perfectè maturis, vel ex Seſami ſeminibus recenter expreſſum, multoties Fontana Aqua lotum ——— *quantum ſufficiet.

Roſarum rubrarũ recentium & contuſarum ——— *quãtitatẽ ſufficientẽ.

* Ad ſingulas olei quindecim libras ſume Roſarum libras ſex, ad infugonis Roſarũ regulas eodem auctore.

*Roſas Oleo miſce, mox in vitreo vaſe diebus ſeptem inſola, deinde coque tribus horis in vaſe duplici, poſt exprime, & expreſſas Roſas, reijce, atque tantundem Roſarum contuſarũ in Oleum immitte, ac rurſus diebus ſeptem Soli expone, poſt hâc ad ignem admota vt prius, coque, denuo èxcolatas Roſas reijce, & nouas tertio adde cum aqua infuſionis Roſarum ſecundum artem facta quantum eſt quarta pars Olei, atque ita obturato vaſe dies quadraginta inſola, quibus elapſis excola, ac demum longo tẽpore Soli expoſita relinque.*

## OLEVM ROSATVM OMPHACINVM D. MESVES.

*OLEVM ROSATVM OMPHACINVM Fit ex Oleo expreſſo ex oliuis immaturis, et ex Roſis rubris nondum ex toto apertis, eadem arte, qua præcedens Roſatũ completum, fieri, ex eodem Meſue dictum eſt.*

## OLEVM ROSATVM D. ARNALDI DE VILANOVA.

℞ Olei ——————— *libras tres.*

Foliorum Roſarũ recentium & contuſarum ——— *libram vnam.*

*Inſola quadraginta duobus, diel uſue menſibus in vitreo vaſe bene obturato, ac tandem colatum repone.*

OLEVM VIOLARVM.
EX NENVPHARE.
EX PAPAVERIS FLORIBVS.

*Parantur ex Oleo oliuarum immaturarum expreſſo vt Roſatum Arnaldi.*

OLEVM CHAMÆMELINVM.
EX ANETHI FLORIBVS ET SVMmitatibus.
EX LILIIS ALBIS ABIECTIS INTERMEdijs illis croceis.
EX MELILOTO.
EX LAVENDVLAE FLORIBVS.
EX SAMBVCI FLORIBVS.
CHEIRINVM SEV EX VIOLIS LVTEIS.
EX FLORIBVS IAZMINI.
EX FLORIBVS CYNOSBATOS.

*Parantur ex maturo Oleo vt Roſatum Arnaldi.*

NEC MODO HÆC, *ſed & reliqua Olea omnia, quæ ex floribus plantarum fiunt, eodem modo quo Arnaldi roſatum parantur, hoc ſolum intercedente diſcriminis, quod refrigerãtia ex Oleo ex acerbis oliuis, cætera ex Oleo oliuarum maturarũ expreſſo fiant.*

OLEVM MYRTINVM DOMINI MESVES, diligentèr tamen reſtitutum.

℞ Olei ex immaturis oliuis—
Summitatũ tenerrimarũ Myrti
Succi extremitatũ Myrti—
} *ãn. partes æquales.*
Vini odoriferi adſtringẽtis—*partem mediam.*

*Decoque ad vini ſuccique conſumptionem in duplici vaſe, mox cola, & ſerua vt decet.*

*OLEVM DE ENVLÆ RADICIBVS,*

*Fit, vt* Oleum *Myrtinum, hoc ſolum ab illo differt, quod hoc ex* Oleo *expreſſo ex Seſami ſeminibus fiat, illud verò paretur ex acerbis oliuis, ad cuius tenorem ex aliarum plantarum radicibus Olea parari poterunt,*

cum

*cum Oleo tamen communi.*

OLEVM DE SABINA.
DE PVLEGIO.
DE SAMPSVCHO.
EX MENTHA.
EX ABSINTHIO.
RVTACEVM.
TAMARICI.
SALVIAE.

*Parantur hæc omnia, & alia, quæ ex plantarum frondibus ſunt conficienda, cũ Oleo ex maturis oliuis expreſſo ad* Myrtini *domini* Meſues *normam.*

℞ OLEVM MALORVM MANDRAGORÆ D. MESVES.

Succi Malorũ perfectorũ
Mandragoræ
Olei Seſamini — *ãn. partes æquales.*

*Coque in duplici vaſe ad ſucci cõſumptionem, poſtea tantundem ſucci affunde, recoque, ac tertio tantundẽ ſucci immitte, coque, cola, & vſui repone.*

℞ OLEVM IRINVM DOMINI MESVES.

Radicum Iridis — *libram vnam.*
Florum Iridis — *libras duas.*
Decocti radicum Iridis
Olei communis — *ãn. libras ſeptẽ et ſemiſ.*

*Eodem modo hoc Oleum para, quo parandum ex* Meſue *diximus ſupra Oleum Roſatum completum, hoc ſolo addito, quod in hoc ab initio, decoctũ vna cum reliquis apponendum ſit.*

℞ OLEVM CYDONIORVM DOMINI MESVES.

Cydoniorum redolentiũ pene immaturorũ cum corticibus tritorum
Succi Cydoniorum etiam immaturorum — *ãn. partem ſemiſſem.*

Olei Omphacini ——— *partes tres.*
*In bene occluſo vaſe, diebus quindecim, Soli expoſita relinque, mox in diplomate horis quatuor feruere permitte, cola, rurſuſque tantundem Cydoniorũ & ſucci eorundẽ adde, & vt prius, ad Solem macera, coque, & cola, Idipſum & tertio repete, atque colatum vt decet ſerua.*

## OLEVM NARDINVM COMPOSITVM D. MESVES.

℞ Spicæ Indicæ ——— *vncias tres.*
Sampſuchi ——— *vncias duas.*
Ligni Aloës
Radicum Helenij
Folij Indi
Calami Aromatici
Foliorum Lauri
Cyperi
Schœnanthi
Cardamomi — *ãn. vnciam vnam & ſemiſſem.*
*Contunde omnia craſſiuſculè, & deinde illis affunde,*
Vini
Aquæ Fontanæ — *ãn. quantum ſufficiet.*
Olei Seſamini ——— *libras ſex.*
M*acerata, viginti quatuor horis, in duplici vaſe decoque lentè ad horas ſex, ſenſim illa ſæpius mouendo, cola, & vſui ſerua.*

## OLEVM NARDINVM D. NICOLAI ALEXANDRINI

ex interpretatione Nicolai Regini capite. 711.

℞ Olei Hiſpani ——— *vncias ſeptuaginta quinque.*
Aſphalti
Myrrhæ
Nigellæ viridis
Spicæ — *ãn. vncias ſex.*
Xylo Balſami
Garyophyllorum

Cyperi

Cyperi
Schœnanthi
Ariſtolochiæ
Enulæ campanæ — *ān. uncias tres.*

Balſami
Cinnamomi
Calami Aromatici
Folij
Carpo Balſami
1 Caſſami
Cardamomi — *ān. uncias duas.*

Nucis Myriſticæ
Styracis
Coſti
2 Caſsiæ fiſtulæ
Ladani
Phu
Aſari
Amaraci
Maſtiches
3 Faſcis gallicæ
4 Sami
5 Myrrhæ Syriacæ — *ān. unciam ſemiſſem.*

*Aſphaltum, Myrrham, Enulam, Phu, Aſarum, Carpo* Balſamum, *Myrrham* Syriacam, *Xylo Balſamum, Sampſuchum particulatim tuſa, & in duobus* * *Sextarijs aqua, die et nocte, infuſa, Oleo admiſce, et tamdiu coque donec conſumatur aqua, non tamen vndiquaque, ne Oleum exardeſcat: cùmque refrigeratum fuerit, die eodem accuratiſsimè cola, & ſpecies reijce, deinde Cyperum, Schœnanthum, Ariſtolochiam, Caſſamum, Faſſem Gallicam, Cardamomum, Folium, Nigellam, Calamum, Caſsiam fiſtulã, & Samum ſeorſim contuſa, et in Vini* * *Sextario vno diebus tribus macerata vbi decoxeris, eodẽ modo effer-*

1. Caſſamum quid ſit ignoramus, pro quo Leuiſticum ſume.

2 Pro Caſſia fiſtula intellige hic electiſſimã Canellam.

3 Faſcem Gallicã ignoramus, Nardũ tamen Celticam dum eſſe ſuſpicamur, eam aſſumemus.

4 Ne Semen Ammi, in Samium abierit, dum veremur, aut ſuſpicamur, pro Samio, Ammi ſemẽ recipimus.

5 Neſcimus quid Myrrha Syriaca ſit, pro qua tamẽ Benjoinũ hic aſſumi, volumus.

* De Sextario vini & Aquæ vide quæ repoſuimus de Aceto & ſucco Cytoniorum, pagina. 61.

*uefacito, Oleóq; benè colato ſpecies extermina: Tertio rurſus die, Spicam, Garyophyllos, Cinnamomum Nuces* Myriſticas*, Coſtum, trita, in vini optimi* ✠ *hemina vna, per biduum infunde, & ſuperiori documento ad vini conſumptionē coque, & non colatum ab igne depone, & in parte ipſius* Olei *Ladanum, Maſtichen & Styracem contuſa vnà cum* Balſami *liquore admiſce, & ad lenes prunas aliquantulum ebullire permitte, ſpatha aßiduè agitando, & ab igne remoue, vaſéque bene obturato repone.*

✠ Hemina dimidiū eſt Sextarij.

## OLEVM COSTINVM DOMINI MESVES.

℞ Coſti amari —————— *vncias duas.*
Caſsiæ ligneæ —————— *vnciam vnam.*
Summitatū Sampſuchi —— *vncias octo*
Vini ad infundenda ſupra dicta —————— } *quantum ſufficiet.*

*Biduo macerata coquantur vt præcedens Nardinum Domini* Meſues.

## OLEVM MVSCELINVM DOMINI NICOLAI ALExandrini, ex interpretatione Nicolai Regini cap. 712.

℞ Olei Pumici —————— *libras octo.*
Aquæ —————— *ſextarios duos*
Folij, Spicæ Nardi, Coſti, Maſtiches —— } *ān. vncias tres.*

Styracis, Croci, Myrrhæ Trogloditicæ, Caſsiæ, Xylo Balſami —— } *ān. vnciam vnam et ſemiſſem.*

Carpo Balſami, Garyophyllorum, Bdellij —— } *ān. vnciam vnam.*

Moſchi

Moſchi——————drachmas ſex.
Nuces Indicas——————quatuor.
*Folium, Crocum, Myrrham, Caſsiam, Lignum Balſami, Carpobalſamum, & Bdellium contuſa, & in aqua & Oleo biduo infuſa coque ad aquæ conſumptionem, & poſt infrigidationem vnius diei, gnauiter cola, deinde Garyophyllos, Spicam, Coſtum, Nuces in ſubtiliſsimum puluerem redacta adde, atque parumper decoque: & in parte Olei ſoluta Styracem, Maſtichen, & Moſchum immitte, iterumque ebullire modicum ſine, atque non colatum, & infrigidatum, diligenter ſerua, vbi vero Aromata ſubſiderint, agitato interdum vaſe, commiſce.*

## OLEVM DE CAPPARIBVS DOMINI IOANNIS Iacobi de Manlijs.

℞ Corticũ radicũ Capparis—*drachmas octo.*
Radicum Iridis——
Florum viticis } *ãn. drachmas quatuor.*
Summitatum Myricæ——
Vini——————*vncias quatuor.*
Olei——————*libras duas.*
*Ad vini abſumptionem in diplomate ebullire permitte, & colatum Oleum repone.*

## OLEVM DE CROCO DOMINI MESVES.

℞ Croci——————*vnciam vnam.*
Myrrhæ——————*drachmas quatuor.*
Cardamomi——————*drachmas nouem.*
*Crocus, & Myrrha, diebus quinque, aceto macerentur, ſexto vero die Cardamomum reliquis ad macerandum miſce, ſeptimo Olei libra vna & ſemis addatur, coquantur omnia lento igne ad aceti conſumptionem.*

## OLEVM HYPERICONIS DOMINI NARCISSI SOLANI PRIMI.

℞. Olei Roſati ———— } ān. libras quinque.
Olei ex floribus Cynosbatos }
Olei Myrtini ———— *libras duas.*
Lumbricorum terreſtriũ- } *libras tres.*
vino albo mundatorũ— }

Hypericonis cũ ſemine— } *manipulos tres.*
decerpti poſt idus Iulias }
Reſinæ Abietinæ ———— *libras tres.*
Suaue olentis Myrrhæ— } *ān. vnciam vnam.*
Croci electi ———— }

*In vino Maluatico contuſo Hypericone, macerato, & inſolato, triduò: oleis deinceps, vermibus, herba, & vino ad meri conſumptionem ebullitis inuicē, colo trāſfuſis, et expraßis, miſtis liquori reliquo Terebinthina, Myrrha, et Croco in ampulla uitrea, ea obturata, fictili arena pleno uel cinere (inſtar deſtillationis Roſarum) ſuppoſito, cæterum ſuper prunas ſito, feruefactis, & colatis etiam in uitro præſcripto occluſum quod ſupereſt, quinque dies inſoletur, aut ſex, ſtudioſeque reconditum diutißimè aſſeruetur uſui; vetuſtate autem perfici experientia docuit.*

## OLEVM MASTICHINVM DOMINI MESVES.

℞. 1. Olei Roſacei ———— *vncias duodecim.*
Vini odoriferi ———— *vncias quatuor.*
Maſtiches ———— *vncias tres.*
*Coque ſenſim ad vini conſumptionē, cola, et repone.*

1 Domini Meſues.

## OLEVM DE STYRACE DOMINI MESVES.

℞. Olei Seſamini ———— *vncias duodecim.*
Styracis Calamitæ ———— } *ān. vncias quatuor.*
Vini odoriferi ———— }
*Eodem modo ac ſuperius, hoc Oleum para.*

Vinũ addidimus, nè inter coquēdum vreretur.

OLEVM

## OLEVM DE EVPHORBIO D. MESVES.

℞ Euphorbij — *vnciam ſemiſſem.*
1 Olei Cheirini — } *ān. vncias quinque.*
Vini odoriferi —
*Identidem ac ſuperiora fit.*

1 Domini Meſues.

## OLEVM VVLPINVM DOMINI MESVES.

℞ Vulpem ætate florentē, integrā, exenteratā tamē & internis carentem — *vnam.*
Aquæ Fontanę — } *ān. chiſt duo.*
Aquæ marinæ —
Olei antiqui clari — *chiſt duo et ſemiſſem*
Salis — *vncias tres.*
*Coquatur lento igne ad aquę abſumptionē, & artuū Vulpis diſſolutionem (ad quod vbi prædicta aquæ non ſuffecerint, proportione ſeruata, augenda erit ea quantitas aquarum, quam ſufficere ad coctura terminum videbitur) poſtea affunde vaſi, aqua dulcis, inquam* Hyſſopi & Anethi herbarū dico, *manipulus vnus fuerit incoctus quantum ſufficiet.*
videlicet — *chiſt quatuor.*
Herbæ Anethi — } *ān. libram vnam.*
1 Herbę Alaſech —
*Iterum coque ſimul ad humoris conſumptionem, cola, & repone.*

Chiſt Sextarium interpretamur, Aquæ autem Sextarium pēdere indicamus, tantundem, cum Sextario Aceti & ſucci Cytoniorum vt ſupra pag. 61. diximus Olei verò vncias ſexdecim, drachmas quinque, ſcrupulum vnū videlicet drachmas centum triginta tres & ſcrupulum vnum.

1 Alaſech Thymū eſſe alias fuit dictum.

## OLEVM EX VIPERIS DOMINI MESVES QVOD DE ſerpentibus nigris inſcripſit.

℞ Viperarum integrarum — *libras duas.*
Olei Seſamini — *chiſt vnum & ſemiſſē.*
Vini odoriferi — *libram vnam.*
*Coque igne lēto in terreo vitreato vaſe anguſti orificij exactē tamē obturato (nē illius noxio vapore offendaris) ad carniū Viperarū diſſolutionē, et colatū vſui ſerua.*

Additum fuit vinum ne torreretur Oleū.

OLEVM LACERTARVM VSVALE.
VERMIVM TERRESTRIVM VSVALE.
RANARVM VSVALE.
SICCADARVM VSVALE.
FORMICARVM VSVALE.
MVSCARVM VSVALE.

*Omnia hæc, & alia Oleorum genera quæ ex animalibus, ſeu eorum partibus confici poſſunt, cum Oleo communi ad normam Olei viperini para.*

### OLEVM DE SCORPIONIBVS DOMINI MESVES.

℞ Scorpiones magnos — *viginti.*
Olei Amygdalorũ amarorum — *libras duas.*

*Diebus triginta Soli expoſita relinque in vitreo vaſe adſtricti orificij et optime occluſo, deinde cola, et repone.*

### OLEVM CASTOREI D. ARNALDI DE VILANOVA.

℞ Caſtorei — *vnciam vnam.*
Olei veteris clari — *libram vnam.*
Vini fului odorati — *vncias quatuor.*

*Pulpam teſtium Caſtoris tenuiter pulueriz atam cum Oleo & vino ad vini conſumptionem coque, & non colatum repone.*

Additum fuit vinum nê torreretur Oleũ.

## DE OLEIS PER RESOlutionem factis.

### OLEVM DE OVIS DOMINI MESVES.

℞ Vitellos Ouorum elixando induratos — *triginta.*

*Manibus eos comminue, & in ſartagine figulari vitreata, ligneo aut ferreo cocchleari mouendo, igne modico frige, eatenus vt rubeant, reſoluaturque ab eis Oleum, quod abundantius dabunt, vbi compreßi cocchleari fuerint.*

*VEL*

*VEL INDVRATOS VITELLOS commi-nue, malaxa, et torculari exprime, vt in Oleo Amygdalino fieri, præcepimus.*

VEL DISTILLATORIO *vaſculo poſiti, per Chymicam artem Oleum eliciatur, eadē lege ac in Oleo Philoſophorum mox explicabitur.*

## OLEVM DE FRVMENTO DOMINI MESVES.

℞ Frumentum, *& ſuper ferream laminam frigidā impone, ſuper quod et alteram laminam ferream calidā, non tamen valde ignitam pone, comprime, & Oleum linimenti inſtar ſpiſſum effluens, ſerua.*

VEL EXCORTICATVM *Triticum alembico diſtilla, eodem modo, ac inferius agendum eſſe, in Oleo Philoſophorum monſtrabitur.*

OLEVM EX SEMINE SINAPIS, *fit etiam vt Oleum de frumento.*

## OLEVM PHILOSOPHICVM DOMINI MESVES.

℞ VETVSTOS LATERES, *maxime, ex terra rubeſcente coctos, in fruſtra magnitudinis nucis Iuglandis partitos, & igne ardente donec penitus ardeant, rubeantque, ſuccende: quando Oleo veteri claro imbue, atque eatenus, quò largiter madidi extinguantur, quos ita extinctos & probe per ſe exſiccatos exactiſsime tere, ac per denſiſsimum cribrum concerne, mox in vitreatā ollam figulinam, vel cucurbitam, aut anguſtioris robuſtū vitrū conijce, quod alterū incūbens vaſculum obturatum adſtrictè habeat, mox ſubiectis accenſis in fornace carbonibus attentè diſtilla, emananſq; Oleū, vt artis eſt, recollige, & repone, quò enim antiquius, eò præſtātius.*

## OLEVM TEREBINTHINÆ.

℞ Reſinæ Terebinthinæ —— *quantum ſufficiet.*

*Impone Capaci retortæ, ſeu vitreæ cucurbitæ, (vt inquiunt Chymiſtæ) & arte diſtillatoria in arena ſepeli,*

*igneque inferius ſuccenſo, oleum elice. Primum autem aquam reddet, poſt vna cum aqua Oleum clarum, mox Oleum aurei coloris, ac denuo Oleum fuſcum & craſſum, quæ ſeorſum per ſe repone.*

OLEVM EX COLOPHONIA.
EX RESINA PINI LIQVIDA.
EX RESINA ABIETINA.
EX RESINA LARICINA.

*Ex his & alijs reſinis omnibus diſtilatur oleum vt oleum Terebithina diſtillandum diximus.*

## OLEVM TARTARI PETRI DE LARGELATA.

℞ Tartari puri ———— *quantum ſufficiet*

*Pone in ollam, & vre in fornace vna cum tegulis, lateribus, fictilibus, vel per ſe, donec omnino excandeſcat Tartarum, (legitimæ enim vſtionis terminus eſt quando aërio nitore inalbeſcit, linguamque tactu vrere videtur): hinc vbi refrixerit, in puluerē comminue, atque in ſacculum pyramidalem immitte, arctiuſq; compraſſum ſuſpende obſcuro: & ſubterraneo loco, vbi ſenſim putreſcat, & liquorem ex ſeſe acerrimum remittat, quem vitreo vaſe excipe, & ſerua.*

## OLEVM SVLPHVRIS VSVALE.

℞ Sulphuris viui, ſiue ignem non experti ———— } *quantum ſufficiet.*

*Acccurate tere, et in ollam nouā vitreatā, ſiue aliud vaſculum ſimile, conijce, cui vitrū diſtillatoriū in corona perforatum aptandum eſt, quo per foramen Sulphur ſuper prunas poſitum commode virgula ardente immiſa ſuccendi queat: mox diligenter hoc ipſum contectum ſerua, ut neque à vento, aëreue noxa contrahatur neque trāſpiret. Deinde ex vaporibus ſurſum elatis fluit Oleū, quod alēbico more in catinū ſubiectū diſtilans, excipe, & ſerua, prætioſum enim eſt quoniam ex multo Sulphure, paucum Oleum colliges.*

OLEVM

## OLEVM SVLPHVRIS ALIVD DOMINI Iacabi de Manlio.

℞ Sulphuris flaui ⎫ ān. *vncias tres.*
Terebinthinæ ⎭
Olei Roſacei — *libram vnam.*
Vini odori — *vncias duas.*
*Bulliant omnia lento igne ad vini conſumptionem, & reponantur.*

## OLEVM IVNIPERI DOMINI MESVES.

Sermentis Iuniperi tenuibus *vas vitreatū oris anguſti reple, laminam ferri tenuem foraminibus multis cribri tritticei inſtar pertuſam, toti ori applica, luta eandem cum ore tum dicti vaſis, tum alterius minoris etiā vitreati Oleū excepturi, quod terræ vbi infoderis, igni luculento maius alterū Iuniperi fruſtra capiens circunda horis duabus, ſicque Oleum in vas minus diſtillabit HAC EADEM RATIONE & artificio ex lignis oleaginis et pinguibus omnibus Olea fieri poſsūt*

# DE VNGVENTIS.

## VNGVENTVM DIAPHOENICON D. MESVES.

℞ .1. Adipis Ceruini antiqui mūdi ⎫ ān. *librā vnā & ſemiſſem.*
Adipis Vitulini antiqui mūdi ⎭
2 Chalcitidis — *vncias quatuor.*
Lithargyrij albi loti ⎫ ān. *libras tres.*
Olei antiqui ⎭
*Chalcitim et Lithargyrium in ſubtiliſsimum pollinem redacta, cribróque denſiſsimo traiecta, Oleum paulatim affundendo, agitando miſce; quibus exquiſite miſtis Adipes liquatos admiſce, abſque intermiſsione, nō ſegniter ex ramo recenti palmarum decorticato agitādo, ita vt ramo exſiccato nouus aſſumatur, priori ceu inutili*

1 Diligēti fideliqué ſtudio Seuum Ceruinū procuretur, id ſi nō poſſit haberi, Hyrcinū ſubſtitui volum⁹.

2 De Chalcitide, in Theriora dictum eſt pagina. 2.

*tili abiecto, addendo etiam fruſtra palmei rami humida, recentiá, medicamento dum coquitur, ſubinde ſegmenta illa vbi exaruerint, mutando, donec vnguentũ ſit factum. Hæc vero omnia ad lentum, clarum, & fumo carentem ignem facere oportet.*

## VNGVENTVM DIAPHOENICON DESCRIPTIONE Arabica Domini Meſues.

℞. 1. Foliorum Keiri
Foliorum Saluiæ
2 Foliorum Alaſſæ
3 Foliorum Acori — *ān. libram vnam.*
4 Olei Roſati aut Myrtini
Adipis vitulini liquati, & ſepurgati, & colati — *ān. libras duas & ſemiſſem.*
*Adeps Oleo admiſceatur, in quibus miſtis herbæ tritæ, vt decet, nouem continuis diebus macerentur, ſeorſim verò ſequentia ſubtiliſsimé trita, & cribro traiecta miſce,*
Myrrhæ
Aloës Socotorinæ — *ān. aureos nouem.*
Sarcocollæ — *aureos ſeptem.*
*Hæc autẽ diſſolue in ſufficienti quãtitate infraſcripti decocti, & diſſoluta ſex diebus manere ſine.*
Foliorum Keiri
Foliorum Saluiæ
Foliorum Alaſſæ
Foliorum Acori — *ān. vncias quatuor.*

Vini albi, aut ſucci Plantaginis longæ — *quantum ſufficiet.*
*Et fac ex arte decoctum, ad ea quæ diximus diſſoluenda Vbi vero iam dies nouem præterierint, bis Oleum & Adipem cum herbis maceratis feruefac, poſtmodũ exprimendo cola, &*
Huius colaturæ accipe — *libras quatuor et ſemiſſẽ*

1 Cheyri, vel Keiri viola lutea eſt, nunc nobis dicitur *Viola grga.*

2 Alaſſæ Thymum interpretamur.

3 Folia Acori veri cùm haberi non poſſint, pro illis tantundem radicum ſubſtitui, volumus.

4 Domini Meſues.

Plãtago lõga eſt, quæ alijs Quinqueneruia dicitur.

Lithargyrij puri ſubtiliſſimè triti — *libras tres.*
Chalcitidis — *vncias quatuor.*
*Coque artificioſè baculo palmeo mouendo, vt in proximo priore Vnguento diximus, vſque ad coloris mutatione, quando, ab igne amoue continue agitando donec parũ frigeat, moxq́ Myrrhã, Aloëm, & Sarcocollam in vino vel ſucco, vt diximus, diſſoluta, & leuiter cocta paulatim affunde, palmeo ramo ſemper ducendo, & miſcendo, & fac, vt ſupra diximus, Vnguentum.*

## VNGVENTVM BASILICON MAGNVM D. MESVES.

℞ Ceræ albæ
Reſinæ Pini
Seui Bubuli
1 Glutinis Alimbat
Thuris
Picis
Myrrhæ — *ãn. vncias tres.*
Olei — *quantum ſufficiet.*
*Ex arte fac Vnguentum, Ceram, Adipem, Picem, Oleum, & Terebinthinam ſimul ſoluendo, mox illis reliqua pulverizata ſubtiliter addendo, Cerato infrigidato.*

1 Gluten Alimbat, vel Alubat, nobis, cum PandectarioTerebinthina eſt.

## VNGVENTVM ROSATVM DOMINI MESVES.

℞ Axungiæ Porcinæ recentis, & mũdæ, & Aquę calida nouies lotæ, & toties frigida
Roſarũ rubrarũ recẽtiũ — *ãn. partem vnam.*
Succi Roſarum — *partem ſemiſſem.*
Olei Amygdalini — *partem ſextam.*
*Roſas parum contuſas Axungia admiſce, miſta ſine diebus ſeptẽ manere, à quibus in duplici vaſe ad lentum ignem liqua, mox cola; & rurſus tantundem Ro-*

*ſarum*

*ſerum admiſce, totidemque diebus admiſta ſerua, dein decola vt antea, & ſuccum adde & Oleum, & coque ad ſucci conſumptionem, & infrigidari permitte, & repone*

## VNGVENTVM DE ARTHANITA MAIVS D. MES.

℞ Succi Arthanitæ —— *libras tres.*
1 Olei Irini —— *libras duas.*
Succi Cucumeris Aſinini- } *ān. libram vnam.*
Butyri Vaccini —— }
Pulpæ Colocynthidis —— *vncias tres.*
Polypodij —— *vncias ſex.*
Euphorbij —— *vnciam ſemiſſem.*
*Arida omnia contuſa in ſuccis, Oleo, Butyróque ſimul miſtis & liquatis in vaſe vitreo diligenter obturato octo diebus macerentur: nono die ad lentum ignem paululum coquantur, poſtea colentur, colaturæ adde,*
Sagapeni in Aceto diſſoluti — *aureos quinque.*
Myrrhæ —— *aureos duos.*
*Iterum coque vſque ad ſuccorum ferè conſumptionem baculo ſemper agitando, poſtea adde,*
Ceræ —— *vncias quinque.*
2 Fellis Vaccini —— *aureos quinque.*
*Ferueant ſimul donec Cera liqueſcat, poſtea inſperge ſequentia miſta, et in tenuiſſimum puluerem redacta,*
Scammonij }
Turbith }
Aloës } *ān. aureos quinque.*
Mezereon }
Colocynthidis }
Euphorbij }
Chamæmeli } *ān. aureos duos.*
Piperis longi }
Gingiberis }
Salis Gemmæ —— *aureos tres.*
*Miſce diligenter, et fac Vnguentum.*

1 Domini Meſues.

2 Fel paratū iuxta Dioſcoridis doctrinam ſume.

VNGVEN-

## VNGVENTVM DE ARTHANITA MINVS domini Meſues.

℞ Succi Arthanitæ
Viſcoſitatis quæ ex Filicis radice exprimitur
Succi radicum Ebuli — ān. vncias nouem.
Succi extremitatum Tamariſci — vncias duas.
Oeſypi — vncias quinque.
Olei Irini — libras duas.
Bdellij
Ammoniaci — ān. vnciam vnam & ſemiſſem.
Aceti ad Ammoniacum diſſoluendum — quantum ſufficiet.
Ceræ citrinæ — vncias ſex.
Corticũ radicũ Capparis — vnciã vnã et ſemiſſem.
Spicæ — drachmas tres.
*Ex arte fac Vnguentum.*

## VNGVENTVM AD VERMES MAGISTRALE, EX Chriſtophoro Georgio de honeſtis.

℞ Olei de Abſinthio
Olei Amygdalorũ amaro. — ān. vnciam vnam.

Succi foliorũ Perſicariæ
Succi Matricariæ — ān. vnciam ſemiſſem.

Roſarum.
Corallorum
Farinæ Lupinorum
Cornu Cerui vſti — ān. vnciam vnam.

Aloës Socotorinæ
Fellis Taurini — ān. drachmas duas.
Ceræ — drachmas ſex.
Aceti — vnciam ſemiſſem.
*Fiat ex arte Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALIVD EIVSDEM contra Lumbricos.

℞ Olei Cytoniorum ——— } ān. *vnciam vnam.*
Olei de Abſinthio ———

Seminis Plantaginis —— } ān. *drachmam vnam.*
Seminis Portulacæ
Seminis Endiuiæ
Roſarum ———

Aloës Socotorinæ ——— *drachmas duas.*
Aceti ——— *parum.*
Ceræ ——— *quantum ſufficiet.*
*Miſce, & fac ex arte Vnguentum.*

## VNGVENTVM CONTRA SCABIEM EXPERtum domini Meſues.

℞ Axungiæ Porcinę mūdę — *vncias quinque.*
Olei Laurini ——— } ān. *vncias duas.*
Argenti viui
Cerę mundæ recentis
Thuris albi puluerizati —

Salis communis ——— *vncias octo.*
Succi Plantaginis ——— } ān. *quantum ſufficiet.*
Succi Fumariæ ———

*Cerā, Axūgiā, Oleū Laurinū, & ſuccos ſimul donec liqueſcant, coque, tunc Salem adde, et Thus, & ſemper ſpata mouendo, ad ſuccorū cōſumptionem recoque, et ab igne amoue; tepido verò adhuc exiſtente Argentū viuum ex ſailua & momēto Laurini Olei extinctū, ſtrenuè miſcendo adde, et fac Vnguentum.*

## VNGVENTVM ENVLATVM VSVALE.

℞ Radicis Elenij recētis, coctę in Aceto, piſtę, & cribro traiectæ ——— } *libram vnam.*

Axungiæ Porci mundæ — } ān. *vncias tres.*
Olei communis ———

Ceræ

Ceræ flauæ————————vnciam vnam.
Argenti viui extincti—— } ān. vncias duas.
Terebinthinæ lotę——— }
Salis communis——————vnciam ſemiſſem.
*Ex arte fac Vnguentum.*

## VNGVENTVM DE TITHYMALO ſecundum vſum.

℞ Summitatum Tithymali tenerarum, contuſarum exactè } ān. libram vnam.
Olei communis———— }
Sulphuris ignem non experti—vncias ſex.
Ceræ albæ————————vncias tres.
*Oleum cũ bené contuſis ſummitatibus Tithymali coque vſque ad cõſumptionem humiditatis Tithymali, poſtea cola, colaturæ Ceram adde, qua ſoluta, Ceratũ infrigidari ſine, et Sulphur ſubtiliſſimè tritum exactè commiſce.*

## VNGVENTVM AVREVM DOMINI MESVES.

℞ Ceræ citrinę——————vncias ſex.
Olei boni——————————libras duas et ſemiſſẽ.
Terebinthinæ————————vncias duas.
Reſinę———————— } ān. vnciã vnã et ſemiſſem.
Colophoniæ—————— }
Thuris——————— } ān. vnciam vnam.
Maſtiches————— }
Croci——————————drachmam vnam:
*Ceram, Oleum, Terebinthinam, & Colophoniam ſimul liqua, mox infrigidari ſine, et tũc reliqua in puluerem redacta admiſce, et fac* Vnguentum.

## VNGVENTVM ÆGYPTIACVM MAGNVM D. MESVES.

℞ Floris Æris——————vncias quinque.
Mellis electi——————vncias quatuordecim.
Aceti acerrimi————vncias ſeptem.

 coque

*Coque ad ignem ad iuſtam vſq; craßitudinem, lignea rudicula ſemper agitando.*

## VNGVENTVM MASTICHINVM SECVNDVM VSVM.

℞ Olei Maſtichini——————*libram vnam.*
Ceræ albæ ——————*vncias tres.*
*Ex arte fac Vnguentum.*

## VNGVENTVM ALBVM DOMINI RHASIS
Capite de aduſtione ignis.

℞ Olei Roſati ——————*libram vnam.*
Ceræ albę ——————*vncias tres.*
Ceruſſæ lotæ——————*vncias ſex.*
Camphorę——————*drachmam ſemiſſem.*
*Ex Oleo & Cera fac Ceratum, cui adhuc calido Ceruſſam admiſce, abſque intermißione mouendo, refrigerato adde Cãphorã & albumẽ vnius Oui, & miſce.*

## VNGVENTVM MARCIATON D. NICOLAI.

℞ Ceræ albæ——————*libras duas.*
Olei——————*libras octo.*
Roſmarini ——————}
Foliorum Lauri——————} *ãn. vncias octo.*

Rutę——————}
Foliorum Tamariſci——} *ãn. vncias ſeptem.*

1 Esbrij——————
Sabinæ
Balſamitæ
Saluiæ
Ocymi
2 Polij
Calaminthæ
Arthemiſiæ
Helenij
Betonicæ
Brancæ vrſinæ

1 Esbrium, Maiorana interprætamur.

2 Polium montanum verum ſume.

3 Spar-

3 Spargulæ
4 Herbæ Venti
Pimpinellæ
Agrimoniæ
Abſinthij
5 Herbæ Paralyſis
6 Herbę Sanctę Mariæ
Cymarum Sambuchi
7 Herbæ Craſſulæ
Millefolij
8 Semperuiui
Chamædryos
Centaureæ
9 Septineruiæ
10 Fragulæ vel Fragariæ
11 Tetrahit
Quinquefolij — *ān. vncias quatuor & ſemiſſem.*

Radicum Hibiſci
Cymini
Cymarum Myrti — *ān. vncias quatuor.*

Fœnigręci — *vnciā vnā et ſemiſſem.*

Butyri — *vnciam vnā & drachmas duas.*

Vrticæ
12 Violariæ
Papaueris nigri
Menthæ Sarracenicæ
Menthę Domeſticæ
13 Lapathioli
Polytrichi
14 Carduncelli
15 Periclymeni
16 Maturellæ
17 Herbæ Moſchatæ
18 Trifolij acetoſi
19 Linguæ Ceruinæ
20 Criſpulæ — *ān. vnciam ſemiſſem.*

3 Spargula Aparine eſt.
4 Herba venti, Helxine eſt, ſeu Parietaria, vel Muralis herba, noſtris *Moralla* Roquera.
5 Herbam Sācti Petri, Primulam ueris ſeu, herbam Paralyſis interpræcamur,
6 Herbā Sanctæ Mariæ Perſicariam maculatam eſſe iudicamus.
7 Sume pro herba Craſſula Semperuiuū minus, quod noſtri dicunt *Creſpinell.*
8 Semperuiuum maius ſume.
9 Septineruia eſt Plantaginis illa ſpecies, cuius folium ſeptē neruis diſtinguitur.
10 Fragariā iudicamus eſſe pulcherrimā herbam, noſtriſque notiſſimā Fraga ferentē quem fructū noſtri *Maduxas* nominant.
11 Tetrahit, Orobū cū multis eſſe, ſuſpicamur.
12 Violariā cōmuniter dicimus, herbā, violas nigras ferentem.
13 Lapathiolū eſt, Oxylapathū noſtris *Panadella* vel *Paradella*.
14 Pro Cardūcello ſume Cardum Benedictū.
15 Periclymenō, Mater Sylua officinarū eſt.
16 Pro Maturellā Phu, ſeu Vallerianam maiorem ſume.
17 Herbā Moſchatā, Iuā Moſchatā iudicamus.
18 Trifolium acetoſum. Aleluia officinarū eſt.
19 Lingua Ceruina eſt, Phyllitis Dioſcoridis.
20 Criſpula, Buphtalmꝰ à multis iudicatur.

21 Camphoratæ
Styracis Calamitæ
Medullæ Ceruinæ

Adipis Vrſini
Adipis Gallinacei
Maſtiches — ān. unciam vnam.

Thuris — unciam ſemiſſem.

22 Olei Nardini — uncias duas.

*Nondum adulto Maio, herbæ omnes vno vel altero ad ſummum die ante meridiem colligantur, poſtea continuis ſeptem diebus in vino fuluo, antiquo, & odoriſero exacte trita macerentur: octauo die ad ignem lentum ad conſumptionem duarum partium vini coquātur, & tunc Oleo addito recoque vſque ad vini & ſucci ex herbis reſoluti omnimodam abſumptionem, quando ſtrenué exprimendo cola, colaturæ Ceram admiſce, & Styracem (ſi liquari poßit) quibus liquatis, ab igne amoue, et infrigidari ſine donec coaluerint, quando Styracem, Thus, & Maſtichen, (ſi liquari nequierit Styrax) ſubtiliſsimè puluerizata exquiſitiſsimè miſce, & fac ex arte Vnguentum.*

21 Cāphorata eſt Abrotonum mas.

22 Oleum Nardinū Nicolai ſume.

## VNGVENTVM ARAGON DOMINI NICOLAI.

℞ Roſmarini
Maioranæ
Radicis Ari
Serpylli
Rutæ
Radicis Cucume. Aſinini — ān. uncias quatuor & (ſemiſſem,

Foliorum Lauri
Saluiæ
Sabinæ
Adipis Vrſini
Olei Laurini
Radicum Bryoniæ — ān. uncias tres.

Pulica-

1 Pulicariæ Maioris
2 Pulicariæ minoris
3 Laureolæ } *ãn. vncias nouem.*

Foliorũ Cucume. Aſinini
4 Nepetæ
Maſtiches
Thuris } *ãn. vnciam vnam et ſemiſſem.*

Pyrethri
Euphorbij
Gingiberis
Petrolei clari
Piperis } *ãn. vnciam vnam.*

5 Olei Moſchelini — *vnciam ſemiſſem.*
Butyri — *vncias quatuor.*
Olei communis — *libras quinque.*
Cerę — *libram vnam et vncias tres.*

*Herbæ & radices, vt in Marciatone diximus, legantur, & contundantur, deinde in Oleo communi ſeptem diebus macerentur; octauo die coquantur ſenſim, mox per ſaccum forti expraſſione colentur, ex qua colatura, & cæteris ex arte fac Vnguentum.*

1, 2 Pulicaris vtraque eſt maior, minorq; Coniza.

3 Laureola illa planta eſt, quam hactenus noſtri, non benè, pro Mezereone ſumpſerunt.

4 Nepitam intellige dici Calamenthum.

5 Domini Nicolai.

## ℞ VNGVENTVM AGRIPPÆ REGIS D. NICOLAI.

Bryonię radicum — *libras duas.*
Radicis Cucumeris Aſinini — *libram vnam.*
Scillę — *libram ſemiſſem.*
Iridis — *vncias tres.*
Radicis Filicis
Radicum Ebuli
Tribulorum Marinorum } *ãn vncias duas.*
Cerę albiſsimę — *vncias quindecim.*
Olei antiqui ablutione redditi albiſsimi } *libras quatuor.*

*Radices recẽtes benè ablutas et tritas in Oleo, octo diebus macerabis, nono coque, donec radicũ humidũ penitus abſumatur, exprimẽdo cola, et fac artificioſè vnguẽtũ.*

## VNGVENTVM DIALTHÆA DOMINI NICOLAI

℞ Radicũ Althęę mũdarũ — *libras duas.*
Seminis Lini —
Seminis Fœnugręci — } *ãn. libram vnam.*
Scillę — *vncias ſex.*
Olei — *libras quatuor.*
Cerę — *libram vnam.*
Terebinthinę —
Gummi Hederæ
Galbani — } *ãn. vncias duas.*

Colophonię —
Reſinę — } *ãn. vncias ſex.*

*Radices & ſemina exactè contuſa in libris octo, aut ſufficienti quantitate Aquæ tribus diebus macerentur, deinde coquantur vſque dum mucilago craſſeſcat, tũc fortiter exprimendo coletur, & in huius mucilaginis colatæ libris duabus affunde Oleum, et recoque ad ſucci conſumptionem, & iterum cola, Ceràmque & Colophoniam admiſce, mox Galbanum Aceto ſolutum, et vnà cum Terebinthina coctum adde, ad iuſtam conſiſtentiam coquendo, ad extremum, Vnguento iam tepente, adiunge Reſinam, & Gummi Hederæ puluerizata, & repone.*

## VNGVENTVM FVSCVM DOMINI NICOLAI

ex traditione Stephani Arnaldi.

℞ Olei — *librã vnã et ſemiſſem.*
Ceræ — *vncias quatuor.*
Colophoniæ —
Picis naualis
Sagapeni — } *ãn. vncias duas.*

Maſtiches —
Galbani
Thuris

Opopa-

Opopanacis
Ammoniaci } ān, *vnciam vnam.*
Terebinthinæ

*Miſce, & fac ex arte Unguentum.*

## VNGVENTVM POPVLEONIS DOMINI Nicolai Salernitani.

℞ Oculorum Populi Arboris, recentium — *librā vnā & ſemiſſem.*
Axungiæ Porcinæ præparatę — *libras tres.*

*Oculi Populi contundantur artificioſè, & biduo in axungia miſti macerentur, ijs tertio die ſequētes herbæ recentes & tuſa addantur, & miſceantur,*

Foliorũ Papaueris nigri
Foliorum Mandragorę
Cymarũ Rubi tenerrimarũ
Foliorũ Hyoſcyami
Solani
1 Semperuiui minoris } ān. *vncias tres.*
Lactucæ
2 Semperuiui maioris
Perſonatæ
Violariæ
3 Scatuncelli

*Seruentur nouem diebus commiſta, decimo die addita Vini fului odorati libra vna, in diplomate ad lentum ignem coquantur, ad vini conſumptionem, ſemper ſpata agitando, nè adurātur, mox cola diligentiſsimè.*

1 Semperuiuũ minus, vermicularis dicitur, noſtris *Creſpinell.*

2 Perſonata officinis eſt Bardana, vulgo *Llapaſſa.*

3 Scatuncelli, Vmbilicus Veneris eſt.

## VNGVENTVM DIA POMPHOLYGOS DOMINI GVIdonis de Cauliaco, Cap. 6. lib. de Antidotis vulnerum.

℞ Olei Roſati — *libram vnam.*
Ceræ albæ — *vncias quinque.*
Succi granorum Solatri — *vncias quatuor.*
Ceruſſæ lotæ — *vncias duas.*

Addidimus Olei vncias ſeptem, vt formam idoneam Vnguentum reciperet.

Plumbi

Plumbi vſti,& loti——} ãn. vnciam vnam.
1 Pompholygos——}
Thuris——*vnciam ſemiſſem.*

*Ex arte Oleum & Ceram liquefac, & reliqua vbi ab igne amoues, in Mortario admiſce, & fac Vnguentũ.*

1 Pompholyx eſt huic auctori officinæ Tuthia.

## VNGVENTVM APOSTOLORVM DOMINI Auicennæ libro quinto.

℞ Terebinthinæ
Ceræ albę
Reſinę
Ammoniaci——} *ãn. drachmas quatuordecim.*

Ariſtolochię longę
Thuris Maſculi
Bdellij——} *ãn. drachmas ſex.*

Myrrhæ——
Galbani——} *ãn. drachmas quatuor.*

Opopanacis——
1 Floris Æris——} *ãn. drachmas duas.*
Lithargyrij——*drachmas nouem.*
Olei ſi fuerit Æſtas——*libras duas.*
Si Hyems——*libras tres.*

*Aceti quantum Ammoniaco, Galbano, Opopanacoq; diſſoluendis ſufficiet, & fac ex Arte Vnguentũ.*

1 Æris florẽ dum noſtri parant, Ærugine pro illo vti poterunt & quotieſcũque illo deſtituentur.

## VNGVENTVM DE LITHARGYRIO DOMINI LEOnardi de Bertapalia Capite. 4. de Igne Perſico.

℞ Lithargyrij puluerizati——*vncias duas.*
Ceruſſę——*vnciã vnã & ſemiſſẽ.*
Olei Roſacei——
Aceti——} *ãn. quantum ſufficiet.*

*Miſce, & ex Artis legibus fac Vnguentum.*

VNGVEN-

VNGVEN. DE SAMBVCO D. GILABERTI ANGLICI.

℞ Succi Sambuci } 
Olei } *ãn. libram vnam.*
Ceræ albæ *vncias quatuor.*
Thuris }
Maſtiches } *ãn. vnciam vnam.*
*Miſce, & fac ex arte Vnguentum.*

VNGVENTVM MEDIÆ CONFECTIONIS VSVALE.

℞ Terebinthinæ }
Olei Roſarum } *ãn. libram ſemiſſem.*
Ceræ albæ *vncias quatuor.*
Olei Maſtichini *vnciam vnam.*
*Fac Vnguentum in lapidea pila agitando, hoc veró dũ fit, adde Aceti momentum.*

VTNVENTVM DICTVM REQVIES GALENI.

℞ Roſarum rubrarum }
Violarum } *ãn. drachmas ſex.*
Seminis Papaueris albi }
Seminis Papaueris nigri }
Seminis Lactucæ }
Seminis Scariolæ }
Seminis Portulacæ } *ãn. drachmas tres.*
Seminis Pſyllij }
Corticis radicis Mãdragoræ }
Opij Thebaici }
Santali albi }
Santali Citrini }
Santali rubri } *ãn. drachmas quatuor.*
Spodij }
Tragacanthæ }
Olei Mandragoræ }
Olei Papaueris } *ãn. vncias ſeptem.*
Ceræ albę *vncias quatuor.*
*Ex arte fac Vnguentum.*

VNGVEN-

## VNGVENTVM DE APOSTEMATIBVS ſecundum vſum.

℞ Maſſę Emplaſtri Diachylonis magni, Maſſę Emplaſtri Diachylonis communis — ān. *libram vnam.*
Olei communis — *libras duas.*
Terebinthinæ — *vncias tres.*
Axungiæ Porcinæ recētis — *libram ſemiſſem.*
Ceræ citrinę — *vncias duas.*
Minij — *vncias quatuor.*
*Fac ex his ſecundum artem Vnguentum.*

## VNGVENTVM COMITISSÆ D. GVILLERMI de Varignana.

℞ Corticum medianorum Caſtanearum, Corticum medianorum Glandium, Corticis mediani Quercus arboris, Myrtillorum, Caudæ Equinæ, Gallarum, Corticum Fabarum, Acinorum Vuarum, Sorborum immaturorum ſiccorum, Meſpilorum immaturorū ſiccatorum, Foliorū Pruni ſylueſtris, 1 Radicum Chelidoniæ — ān. *vnciam vnam & ſemiſſem.*
*Contundantur aliquantulum, & coquantur in libris octo* Aquæ Plantaginis, *aut quantum ſufficiet, donec dimidium aquæ conſumatur, quando cola, & ſe-*

1 Pro radicibus Chelidoniæ ſume hic, Symphyti veri, radices.

*quentia*

*quentia ex hac colatura nouies laua, ſemper nouam mutando colaturam, quotieſcumque laueris.*

Cerę nouę ——— *vncias octo & ſemiſſe.*
1 Olei Myrtillorum } *ān. librā vnā & ſemiſſe.*
2 Olei Maſtichini }

*Poſtea inſperge ſequentia tenuiſſimè puluerizata,*

Corticis mediani Caſtanearū }
Corticis mediani Glandium } *ān. vnciā vnā.*
Corticis mediani Quercus arboris }
Gallarum }

1, 2, 3 } Domini Meſues.

Cineris oſsium cruris Bubuli }
Mytillorum } *ān. vnciam ſemiſſem.*
Acinorum Vuarum }
Sorborum ſiccorum }
3 Trochiſcorū de Charabe — *vncias duas.*

*Confice ſecundum artem Vnguentum.*

## VNGVENTVM PECTORALE SECVNDVM VSVM.

℞ Mucilaginis ſeminis Pſyllij }
Mucila. Tragacāthę }
Mucila. Gummi Arabici } *ān. vnciam vnam.*
Mucila. Seminis Lini }
Mucila. Seminis Fęnigręci }

Adipis Gallinæ recētis }
Medullę Vituli recentis } *ān. vnciam vnam et ſemiſſem.*
Butyri recentis loti ex decocto Violarum }

Olei Violacei } *ān. vnciam vnam.*
Olei Amygdalorū dulciū }
Ceræ albę ——— *quantum ſufficiet.*

*Miſce, & fac Vnguentum ex Arte in diplomate, mucagines conſumendo.*

## VNGVENTVM RESVMPTIVVM MAGISTRALE.

℞ Seminis Lini }
Althęæ }

R Fœni-

Fœnigræci } ān. drachmas duas.
Gummi Arabici
Tragacanthæ

*Macerentur, & bulliant in libra ſemiſſe Aquæ Roſarum, eliciatur mucilago, in qua diſſolue,*

Adipis Suilli } ān. vncias duas.
Gallinæ
Anſeris
Anatis
Oeſypi — *vnciam ſemiſſem.*
Olei violarum } ān. vncias duas.
Chamæmeli
Amygdalorum dulcium
Medullæ Vituli } ān. libram ſemiſſem.
Butyri recentis
Ceræ albæ

*Fiat ex arte Vnguentum in diplomate.*

### VNGVENTVM DE BDELLIO DOMINI MESVES.

℞ Bdellij — *drachmas ſex.*
Euphorbij — *drachmas duas.*
Caſtorei — *drachmas tres.*
Sagapeni — *drachmas quatuor.*
Ceræ — *drachmas quindecim.*
Olei Sambacini, aut Cheirini — *vncias decem.*

*Ex arte Bdellio, et Sagapeno, ex ſucco Rutæ ſylueſtris diſſolutis, alijs additis, fac ſecundū Artem Vnguētum.*

# DE CERATIS.

### CERATVM SANTALATVM DOMINI MESVES.

℞ Roſarum — *drachmas duodecim.*
Santali rubri — *drachmas decem.*

Santali

Santali albi———— } ān. *drachmas ſex.*
Santali Citrini————
Boli Armenę————*drachmas ſeptem.*
Spodij————*drachmas quatuor.*
Camphorę————*drachmas duas.*
Ceræ albę————*drachmas triginta.*
1 Olei Roſacei Omphacini—*libram vnam.*
*Ceram in Oleo ad leniſſimum ignem in vaſe duplici ſolue, ita vt omnino liquata Cera ſit, tunc miſturam infrigidari ſine, & rade vt cætera in ſubtiliſſimum pulueremn redacta ſemper agitando commiſceri æqualiter poſſint, donec ad vniformis æqualiſque Cerati conſiſtentiam artificioſè miſtura ducatur.*

1 Domini Meſues.

## CERATVM REFRIGERANS GALENI EX LIBRO decimo Methodi medendi, capite nono.

℞ Cerę albę purę————*vnciam vnam.*
Olei Roſacei Omphacini——*vncias quatuor.*
*Hæc ſimul in vaſe duplici liquentur ad ignem blandū ſine fumo, mox refrigerari permitte, deinde gelidiſſima Aqua ſæpius laua, ad extremumque momentum albi Aceti adde, & fac Ceratum.*

Hoc Ceratum non niſi Medico poſtulante paretur, repoſitū enim minus vtile euaderet.

## CERATVM EX OESYPO PHILAGRII D. MESVES

℞ Croci————*drachmas quinque.*
Bdellij———— } ān. *drachmas ſeptem.*
Maſtiches
Ammoniaci
Aloës
Styracis liquidæ————
Cerę citrinæ————*libram vnam.*
Terebinthinæ————*vnciā vnā et ſemiſſem*
Medullæ cruris Bouis—— } ān *drach. quindecim.*
Adipis Anſeris————
1 Oeſypi————*libram vnā et ſemiſſē.*

1 Oeſypus ex Lana ſuccida reſoluta pinguedo eſt, Hyſſopum humidam olim Officina, cum Meſues inter prętibus nominabat.

2 Olei Nardini ———— *quantum ſufficiet.* 2 Domini Meſues.

*Bdellium, Ammoniacum, & Aloëm in Aqua infuſionis Fœnigræci, et Chamæmeli diſſolue, Ceram, Terebinthinam* Medullam, *Adipem, & Oeſypũ, ad blãdũ ignem liqua, quæ poſtea liquata, diſſolutis illis, cæteriſque tritis, admiſce, et fac ex ArteCeratũ, ſenſim Olei Nardini quantũ ſufficiet, dũ Ceratũ fit, affundendo.*

## QVOMODO OESYPVM PARARE OPORTEAT ex doctrina Meſues.

℞ Lanarum ſuccidarum — *circiter libras ſexaginta.*

*Submerge in Aqua calidæ ſufficienti quantitate horis octo, deinde ſemel bullire ſine, mox exprimendo cola, colaturam ſenſim ad ignem lentum recoque, latiori ligno fundum vaſis ſemper mouendo, ne aduratur; Coquetur autem hac arte vſque ad* Mellis *craßitudinẽ, quando ab igne amoue, & repone vſui.*

## CERATVM OESYPI DIATHESARON Damocratis domini Meſues.

℞ Ceræ citrinæ ———— }
Terebinthinæ ———— } *ãn drachmas duodecim*

1 Olei Irini ———— *vncias quatuor.* 1 Domini Meſues.

Oeſypi ———— *vncias duas.*

*Ex Arte miſce, & fac Ceratum*

## CERATVM GALENI STOMACHICVM D. MESVES.

℞ Roſarum ———— }
Maſtiches ———— } *ãn. drachmas viginti.*

Foliorũ Abſinthij ſiccorũ — *drachmas quindecim.*

Spicæ Nardi ———— *drachmas decem.*

Ceræ mundæ ———— *vncias quatuor.*

1 Olei Roſacei ———— *librã vnam et ſemiſsẽ* 1 Domini Meſues.

*Cera & Oleum ad opportunum ignem liquentur, mox ex Arte pluries cũ Aqua Roſarum lauentur, & denuo liquentur, & iterum ex vino fuluo veteri, &*

*electo*

*electo ſucco Cytoniorum, & pauco Aceto; tandẽ pulueribus admiſtis, Artis legibus ſeruatis fac Ceratum.*

## CERATVM DE MINIO IOANNIS DE VIGO DESCRIptum in.2.parte Operis ſui Chirurgici, libro.5.

℞ 1.Olei Roſati odoriferi—— *libram vnã & ſemiſsẽ.*
2 Olei Myrtini ——————
3 Vnguenti Populeonis—— } *ãn. vncias quatuor.*
Pinguedinis Gallinæ—— *vncias duas.*
Seui Caſtrati ——————
Seui Bubuli—————— } *ãn. libram ſemiſſem.*
Pinguedinis Porcinæ —— *vncias ſeptem.*
Lithargyrij Aurei———
Lithargyrij Argentei—— } *ãn vncias tres et ſemiſſem.*
Ceruſſæ —————————— *vncias quatuor.*
Minij —————————— *vncias tres.*
*Bulliant omnia ſimul ad lentum ignem, baculo agitando, donec acquirant colorem nigrum, quo facto ignem fortificando iterum per hora dimidium bulliant, & adde deinde,*
Terebinthinæ clariſsimæ— *drachmas decem.*
Ceræ albæ—————— *quantum ſufficiet.*
*Et tertio parum bulliant, & fac Ceratum molle.*

Cum doctus Auctor de rebus pluſquã de vocibus ſollicitus, aliquãdo Ceratum, aliquando Vnguẽtum nominet, nobis Ceratum nominare eiuſdem auctoritate lubuit.

1 } 2 } Domini Meſues.

3 Domini Nicolai.

## CERATVM NOBILE DICTVM IOANNIS DE VIGO, in prima parte libri.5. qui eſt de Morbo Gallico cap.2.

℞ .1.Olei Chamæmelini ——
2 Anethini
3 Olei de Spica
4 Olei Liliorum ——— } *ãn. vncias duas.*
5 Olei de Croco ————— *vnciam vnam.*
Pinguedinis Porcinæ—— *libram vnam.*
Pinguedinis Vituli——— *libram ſemiſſem.*
Euphorbij —————— *drachmas quinque.*
Thuris —————— *drachmas decem.*

1 2 3 4 5 } Domini Meſues.

Olei Laurini——————*vnciã vnã & ſemiſſẽ.*
Pinguedinis Viperæ————*vncias duas et ſemiſſẽ*
Ranas viuas——————— *ſex.*
Lũbricorũ ex vino lotorũ—*vncias tres & ſemiſſẽ.*
Succi radicum Ebuli ——}
Succi radicum Enulę—— } *ãn. vncias duas.*

Schœnanthi ——————}
Stœchadis } *ãn. manipulum vnũ.*
Matricariæ——————}
Vini odoriferi —————*libras duas.*
*Bulliant omnia ſimul vſque ad Vini cõſumptionem, deinde colentur, cui colaturæ adde,*
Lithargyrij Aurei————*libram vnam.*
Terebinthinæ claræ————*vncias duas.*
Cerę albę———————*quantum ſufficiet.*
*Ad ignem fiat Ceratum in modum Spadadrapi, addendo in fine cocturæ,*
Styracis liquidę —————*venciã vnã et ſemiſſem*
